

Ann. III.

Num. IV.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 $\frac{1}{2}$.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA	IN ANGLIA	IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENT.	IN CANADA ET NEWFOUNDLAND
Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.	Apud BURNS AND OATES	Apud COMMISSIONARIA OF THE HOLY LAND.	Apud
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.	LONDON W. - 28, Orchard Street.	NEW YORK, 113 w 95th St.	NEW YORK (U. S. Americ.), 113 w 95th St.
IN BELGICA	IN GALLIA	IN HUNGARIA	
Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.	LUGDUNI Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.	LUTETIAE PARISIORUM LIBRAIRIE VIC ET AMAT CHARLES AMAT SUCC.	INSULIS (LILLE) Apud
BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.	Rue Victor Hugo, 5	Rue Cassette, II.	C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE
		Rue de Metz, 41.	BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

RERUM INDEX

MAURUS RICCI	Vox Urbis.
DANTI ALIGHERIO IN OBITU SUAE BEATRICIS	M. Ricci.
THEOLOGIAE STUDIA CETERIS DISCIPLINIS IUVANDA	F. Tedeschini.
DE CRIMINIBUS IN INGENUARUM ARTIUM OPERIBUS	I. Antonelli.
EX GERMANIA — Lex operariis lata	P. Alt.
DE RELIQUIIS VETUSTISSIMORUM ANIMALIUM PROPE ROMAM INVENTIS	y. z.
CASTITATI HONOS TRIBUTUS APUD MAIORES	A. Costaggini.
NICOLAI MACHIAVELLI SENTENTIAE DE BELLO ET PACE	C. Dehò.
DE LYRPLIA PORTU ANGLICO	H. A. Strong.
COMMUNIA VITAE — De diversis animalium vocibus	H. D. V. Pieralice.
LOLLIUS SIVE DE PROVECTA LATINITATE	P. Angelini.
VITA FUNCTI VIRI CLARIORES	I. F.
CANALES QUI MAXIMI	A. L.
FUR A FURE LUDIFICATUS	F. X. Reuss.
QUAESTIONI DE LATINI ELOQUII PRONUNTIATIONE RESPONSUM ALTERUM	P. A. Rovitti.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
LIBRORUM RÉCENSIO	H. P.
AENIGMATA	I. Wabner.
In tertia operculi pagina:	
PER ORBEM	Viator.
VARIA: Nulla ex electride damna	P. d. V.
Locū	I. Sola.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII. A. M. DCCCCX.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS

Commentarii VOX URBIS anno MCM

Premium annuae subnotationis est: in Italia Lib. **10**;
 ubique extra Italiam Lib. **15**; M. **12**; Sch. **12**; Doll. **3**; Rubl. **6**; Flor. **7 $\frac{1}{2}$** .
 recto tramite mittendum
 ad **Aristidem Leonori** equitem, commentarii ipsius possessorem et administratorem

ROMA - Via Alessandrina, 87

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA

Inter eos omnes, qui die XV mensis Martii MDCCCC inter commentarii socios numerentur,
 sorti committetur sacro Paschatis Resurrectionis die eiusdem anni

Theca Aurea Pulveri Nicotiano Asservando

qua SS. Dominus PIUS Papa IX f. r. utebatur, prouti ex luceolento constat in scriptis testimonio

Qui primum nunc nomen dederint, premiumque subnotationis solverint uti supra, *Vox Urbis* commentarium accipient a Kalendis Ianuariis usque ad expletum annum MDCCCC, iisque donum erit

URBIS A IANICULO MONTE PROSPECTUS

late magnus (m. 1.10 X 0.24) et visu decorus.

Sociis qui subnotationem renovabunt dono dabitus *ubi primum in promptu erit*

LIBER (vulgo "Album") PRAECIPUA URBIS REFERENS

pulcritudine insignis atque, commentarii moderatore iubente, expresse conflatus.

Denique illis inter socios, et recentes et veteres, qui tres in Italia, vel binas ubique extra Italiam subnotationes novas comparaverint, earumque annum premium **recto tramite miserint** ad commentarii administratorem, optio erit unius ex his XXXIII quae sequuntur, quod gratuito pariter habebunt:

I. . . . Aristotelis De arte poetica liber. Rec. GUILELMUS CHRIST.	VIII. . . Xenophontis. Expeditio Cyri. Rec. A. HUG.
Id. Ars rhetorica. Ed. A. ROEMER.	Id. Historia Graeca. Rec. O. KELLER.
Id. Quae feruntur Magna Moralia. Rec. FR. SUSEMIHL.	Id. Institutio Cyri. Rec. A. HUG.
II. . . . Fabulae Romanenses graece conscriptae ex rec. et cum adn. A. EBERHARD.	Id. Commentarii. Rec. W. GILBERT.
III. . . . Homeri Carmina. Ed. GUIL. DINDORF. (Voll. 2).	Id. Scripta minora. Rec. L. DINDORFIUS.
IV. . . . Metrologicorum scriptorum reliquiae. Ed. FRIDERICUS HULTSCH. (Voll. 2).	IX. . . . Novum Testamentum. Graece ed. PH. BUTTMANN.
V. . . . Patrum Nicaenorum nomina graece, latine, syriace, coptice, arabice, armeniace. Edd. H. GELZER, H. HILGENFELD, O. CUNTZ.	X. . . . Augustini (Sancti Aurelii) De civitate Dei lib. XXII. Iterum rec. B. DOMBART. (Voll. 2).
VI. . . . Plutarchi Vitae parallelae. Rec. C. SINTENIS. (Voll. 5).	XI. . . . Caesaris C. Iuli cum A. Hirti aliorumque supplementis: Commentarii de bello Gallico, de bello civili, de bello Alexandrino, de bello Africo, de bello Hispano. - Fragmenta. Rec. B. KÜBLER et Ed. WÖLFFLIN. (Voll. 3).
VII. . . . Strabonis Geographica. Rec. A. MEINEKE. (Voll. 3).	XII. . . . Ciceronis M. Tullii Opera rhetorica. Edidit FRIEDRICH. (Voll. 2).

(Sequitur in tertia operculi pagina).

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS: In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam: Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.	BIS IN MENSE PRODIT	POSSESSOR ET ADMINISTRATOR: ARISTIDES LEONORI, eques. ROMAE — Via Alessandrina, 87.
---	---------------------	---

MAURUS RICCI

TRIBUTUM honoris atque obsequii, quod in superiori numero nos Mauro Riccio soluturos promisiimus, tristis nimis, licet iubenti calamo damus: nunquam enim tam altam humanarum litterarum peritiam una cum servido commentarii huius nostri studio coniunctam invenire forsan datum erit.

Quare non iniuria sentimus iacturam hanc, etsi Italianam omnem lugere quam maxime oporteat, nobis tamen acerrimam gravemque esse ferendam.

Florentia viro lectissimo patria fuit, qua honestis parentibus ortus est anno M DCCC XXVI, die Iunii mensis decimaquarta. Adolescens studia impensissem amplexus, pietatem summam cum iis sociavit, ita ut sodalibus a Scholis Piis, quos praeceptrores habuit, fuerit carissimus. At illum invicem tanta erga eorum institutum benevolentia coepit, ut, prima vix iuventa auctus, clericus eos inter adnumeraretur. Inde vero animum ad litteras applicuit maiore in dies alacritate; et mirum est quam brevi inter discipulos eminuerit princeps: nam tum veteris humanitatis scriptores, tum italos nostros assidua manu pervolvebat, et quae praecipua dicendi elegantia sibi occurrisse, sedulo adnotans, memoriae mandabat.


Quare decem et octo annos natus, Urbinum ad ephebeum suae sodalitatis profectus est, qui cum viris humanissimis in pueris edocendis versaretur. Senas in nobilissimum collegium Ptolemaeum deinde accitus, eximia laude pariter se gessit; ex quo per varia Etruriae collegia frequenti vice migravit, ut doctrina eius et eloquentia quam plurimi fruerentur; tandem in patriam, quam praeter ceteras urbes ferventissime adamabat, anno M DCCC LIII rediit, et priore anno humanitatem, altero deinde rhetoramic adolescentibus tradidit, quo in magisterio Ieremiae Barsottinio, viro quavis humanitate clarissimo, dignus qui sufficeretur habitus est.

Munus autem per triginta fere annos assidue retinuit, quousque a Leone XIII P. M., datus in forma brevis litteris, vicarius generalis sua Congregacionis renuntiatus est, quam quidem auctoritatem, binos post annos, in sodalium comitiis ad summum praesititurae gradum auctam sensit, et annis M DCCC XCII et M DCCC XCVIII confirmatam, in eaque obeunda est vita functus.

Verum post pietatem et gravissimi officii curas potissimum semper illi studium manserant latinae atque italicae litterae, cuius monumenta, nulli aevi facile delenda, tot tantaque edidit, ut per Italianum omnem et late per orbem, quocumque humanitatis studia maxime excoluntur, laudes eius insonarent.

Italica vero, ut praecipua memoremus, fuerunt:

Festiva philologia (1); *Scripta comica, satyrica et iocosa* (2); *Solutae orationes et sacrae et morales* (3); *Guadagnoli, sive de vulgaribus epitaphiis* (4); *Otia ad Compiobbi pagum* (5); *Homeri « Ilias » florentino vernaculo personata* (6), qua postrema, funestam Achillis iram florentino vernaculo elegantissime et iucundissime reddens, et vim illius italicae linguae cunabuli et Graecorum etiam litteras quam profunde callebat probe ostendit. Sed quae sunt latino sermone concepta propius nos tangunt: *Inscriptionum libri*



Maurus Ricci.

(Photographice expresserunt Fr. Alinari - Florentiae).

tationem de Plauti nominibus. Plautina enim carmina peculiariter semper in deliciis Riccius habuerat, aiebatque frequenter, familiaria ac maxime obvia verba, quibus communia vitae nos quoque possemus latine dicere, ex Plauti thesauris haurienda esse.

Ipse autem assiduo hoc studio festivitatem illam et acumen sui dicendi generis proprium inde ferme deprompsit eoque calliditatis devenit, ut quantumvis insolita et recentia, et quae latino eloquio omnino repugnantia viderentur, ipse tamen elegantissime redideret; idque praecipue videre est in Manzonii nostri celeberrimo carmine *Il Cinque maggio* inscripto, quod distichis lectissimis interpretatus est, et Nicolao Tommaseo, viro humanitatis et philosophiae gloria celeberrimo, ita placuit, ut non tam animadversionibus declararet, sed sumnum poetam a latino interprete passim dicendi vi superatum, sit confessus.

Posthaec vero ecquis dicat qua benevolentia, quo imo flagranti studio *Voxis Urbis* inceptum de redintegrando inter hodiernas disciplinas latini eloquii iuribus amplexus fuerit? Norunt enim lectores omnes nostri immortale illud, quod in primo commentarii numero editum est, sui animi monumentum, carmen acutissimum nobis unice exaratum, cui titulus *Birota velocissima*; et nobis pariter geminum paulo post scripsit de *Mulierum birota*, quibus iam tertium addere aggrediebatur *Militum*, cum ingravescentes supremi morbi dolores ipsum a quo vis labore desistere coegerunt.

Verum et extremis hisce in adjunctis *Voxis Urbis* nostrae memorem servabat affectum, et forte neminem, praeter sodales suos, admitti coram se patiebatur, quam qui in commentario nostro redigendo nunc primas agit, quem peculiaris dilectione adolescentem iam est complexus. Hunc itaque paucis ante mortem diebus de ipsis commentarii fortuna sciscitabatur, et ne se, cui mortem iam imminentem divinabat, abruptum omnino nostris laboribus patretur, scripta sua latina illi tradidit paulatim evulganda. Nos vero iam epistolam quamdam ad Franciscum Morellum edidimus et reliqua data occasione dabimus, ita sane ut vivum adhuc eius spiritum quasi inter nos versantem refineamus.

Et profecto, anxia illa mortis cogitatio, qua nativa eius festivitas levisque ironia aliquantulum semper obtegebatur, postremo hoc tempore, ex quo morbi eius senio concurrente, illum torquere gravius coepit, acris in dies ei praesens versabatur. Ideo non iniuria putamus, benigne illi a Deo indultum fuisse, ut mors, ad quam iamdiu sese paraverat, paene eum ex improviso conficeret die elapsi mensis vigesima septima.

Fuit vir statura haud procula gracilique corporis vultusque habitu, at oculorum vivissimo intuitu, ac subridenti semper ore et in mitem ironiam flexo;

(1) Italice: *L'allegria filologica*. (2) Italice: *Scritti comici, satirici e burleschi*. (3) Italice: *Prose sacre e morali*. (4) Italice: *Il Guadagnoli, ovvero dei volgari epitaphi*. (5) Italice: *I riposi di Compiobbi*. (6) Italice: *L'« Iliade » d'Omero travestita alla fiorentina*.

urbanitas comitasque suavissima, et dicendi nativa elegantia lepidissimum eum faciebant, et familiaribus et extraneis aequem semper carum; nunc autem e vivis erectum, longo moerore lugendum.

Vox Urbis.

DANTI ALIGHERIO
IN OBITU SUAE BEATRICIS

*Occidit; moesta dolet Arnis unda;
Civitas canto recreata nuper,
Luget, immitti revocans ademptam
Morte pueram.
Surge, cupressu redimitus alra
Tempora, o vates; decus unde musis
Crescit, ac, toto celebrandus aevo,
Praecipe carmen.
Concines nigris oculis micantem,
Ora lucundo decorata risu;
Concines fidum cupidus pudicae
Pectus amori.
Cumque te stulta rabie furentes
Urgeant cives procul ex iniqua
Sede, tum cedens patriis honestus
Exul ab oris;
Improbos magna domiturus ira
Confice, afflato Superum, poema,
Regna quod mortis referat, beati et
Limen Olympi.
Hic Beatricem celebrabis alman
Vectus ad coeci tenebras avern,
Infima aeterni duce per doloris
Regna Marone.
Quo scelus purgant gemitu sereni,
Aula quos caeli vocal, inde scandes;
Tum nova auditu numeris modisque
Carmina finge;
Cantibus donec Superum beatus,
Lux ubi fulgens oculos relaxat,
Sede felicem videas pueram
Dulce loquentem.
Macte! non dictis referenda, musae
Concines nostrae pater atque princeps;
Quo dabit tellus tibi non caducos
Itala plausus.*

MAURUS RICCI.

THEOLOGIAE STUDIA
CETERIS DISCIPLINIS IUVANDA

*Q*uae de singulis quadam atque excellenti theologiae schola, ceterarum disciplinarum instructae praesidiis, proximo numero scripta legimus, Dominici Marinangeli sensa verbis exprimunt atque explicant, qui, ad excoxitandum acutus et celer, egregii consilii specie animum informavit sacraeque doctrinae progressionem vi mentis incitatiore est prosecutus. Verum, quem res plurimum difficultatis et laboris habeat, longaque sit et multorum annorum, non est quod miremur si manca quodammodo facta est atque inchoata, actioneque rerum et usu probata fere nullo est. At, si quam huius tantae rei tamque difficilis datum sibi vim ac facultatem ille putavit, ad magnum facinus sic animum adiecit, ut quidquid in se erat industriae atque operae, ad ho-

nestum consilium probabili exitu concludendum conferret, domesticaque quadam et umbratili exercitatione praecleari operis initium instituens, studio, quam licuit maximo, id contendit ut viae ad theologiae scholam muniendae animi laudes ingenique profunderet. Itaque de philosophia academiam, suas vires in communicationem laboris archiepiscopo Aquilae conferebat, anno 1874 condidit, quam magna etiam gloria ac laude ornata, Thomaeque Aquinatis et Bonaventurae Balneoregiensis nomine conspicuam voluit. Spatio autem temporis intermissio, cum Orthonae, in oppido mari Adriano adiacente, catholicorum virorum conventus ageretur, sapientissimi sententiis gravibusque verbis frequentata orationem ac perpolitam habuit de litterarum studiis ad singularem illam perfectionis imaginem excitandis renovandisque, quam Leo XIII P. M. animo habet comprehensam, consiliique de theologiae schola in conspectu ponendi ampla occasione usus, eximiam, quam mente praeceperat, formam ea ingenii vi eaque copia edidit ut, doctorum sententia, nobilissimas illas «Aeterni Patris» litteras, quas nemo etiam tum ne conjectura quidem prospexerat, certa animi notione praesensisse fuerit optimo iure existimatus. Anno vero 1883, cum antistes sacrorum esset ille renunciatus ac Tunicibz datus, id magno opere laetus est, copiam sibi esse factam huius populi suis consiliis informandi atque instruendi qui mentis acie, ingenii celeritate, vi denique animi praeter ceteras Italiae gentes admirabilis exsisteret. Ad rem praecaram animum bonis initii adiunxit; etenim, nulla fere interposita mora, academiam condidit quae, operam atque industriam doctissimis quibusque in Italia inferiore conferentibus, praecipueque Leone XIII Pontifice Maximo bene propitio, hoc unum contentis viribus sequeretur ut scholae, in qua artes bona doctrinaeque omnes honestissimam sedem domiciliunque collocatum haberent, parens ac princeps dici posset. At egregiae spei vir inanem laborem, praeter omnium opinionem, suscepit, illudque etiam haud probe factum doluit in celeberrimo virorum catholicorum conventu, qui Neapoli anno 1883 actus est, non perinde ut mereretur sibi successisse, quum incredibilis quidem clamores grandis et sublimis oratio fecerit, plaususque excitaverit, re autem ac factis comprobata sententia non fuerit. Verum, quam extenuari antea spes ac paene visa est evanescente, sic tamen aetate hac nostra rem esse compositam atque conformatam existimo, ut eventum sperare quam secundissimum liceat. Illud enim gaudendum maxime ac laetandum nobis esse censemus, litterarum studiis eos fuisse praepositos, qui quum ad bonas artes animum magna cum delectatione appellant, tum etiam in doctrinis disciplinisque omnibus iucundissimo voluntatis sensu conquiscent, idque unum toto pectore agant quod sit cum religionis litterarumque progressione coniunctum. Quid quod his diebus bonae litterae, ingenuae disciplinae, doctrinae denique omnes eius praesidio, Deo equidem benevolente, utantur quem ad humanum civilemque cultum prope miraculi loco esse habendum unus est omnium sensus? Etenim eum Pontificem Maximum habemus qui non modo studiorum rationes teneat cogitatione defixas intentoque animo spectet, verum etiam exemplo atque auctoritate praeluceat, ac per se ipse ea omnia praestare possit quae tum artium, quibus animi libera quaedam oblectatio queritur, tum ceterarum disciplinarum, quae in veri investigatione versantur, tum religionis atque humanitatis commodis progredientique bono conducant. Nimurum singularem illam et excellentem

theologiae scholam cum ceteris doctrinis compendam atque conferendam Leo XIII mirifice spectat, atque honestissimo in loco propterea esse ponendam arbitratur quod ad religionem, ad litteras, ad humanum denique civilemque cultum maximam habere vim ac virtutem existimat. Nec vero a rerum actione atque usu est Pontificis Maximi aliena sententia; etenim quod mente intuebatur sic re comprobavit ut auspicato fundamenta iacta, beneque principia egregio facinori perpetrando habere videantur. Habent sane admirationem cum nobilissimae illae *De philosophia christiana litterae ad mentem S. Thomas Aquinatis Doctoris Angelici in scholis instauranda*, tum ad De Luca, patrem purpuratum, epistola, quae illud est assequuta ut de philosophia in Urbe academia exsisteret ac Doctoris Angelici, qui dicitur, scripta ederentur rursus atque emitterentur. Haec autem initia mirum quantum ad eorum sententias ac praecepta in veterem dignitatem vindicanda valuerunt, qui ab Aristotele et a Thoma Aquinate profecti sunt, quum illud doctissimus quisque laetus vehementer sit, philosophorum, qui proprie vereque dicuntur, virtutem fuisse mirum in modum expergefactam, viamque esse munitam, qua ad excitandam theologiae scholam, quam supra nominavimus, habilius nulla reperiatur. Neque vero praetereundae silentio sunt Leonis XIII epistolae due nobilissimae, quarum altera De Luca, Pitra et Hergenrother, e sacro Pontificis Maximi Senatu patribus, inscripta est, eademque perspicue et plane rationem viamque tradit quam rerum scriptores sequantur oporteat, ac Vaticanam, quam vocant, bibliothecam, litterarum monumentis insignem, omnibus, qui rerum studio teneantur, apertam atque expositam patere iubet; altera Lucido Parocchi, cardinali, de studiis litterarum in sacro Seminario Romano provehendis disserit. Iam si in tanta tamque praeclera egregii consilii monumenta quis institerit mente, huc adduci facile poterit ut singularis illa et excellens theologiae schola cum ceteris doctrinis componendae ad Pontificis Maximi sententiam habilis atque apta sit, eximiamque formam, quam Leo XIII animo complectitur, expressam reddat. Quod si apud nos fieri nulla ratione potuit ut id consequeremur quod cupimus atque optamus, at non est eorum culpe tribendum qui progrediens theologiae bonum, studio, quam licet maximo, spectent. Contra autem Americanis hominibus esse laetamur, quibus, quum iura ac civitates verborum sonitus inanis non sint, sententia subiecta nulla, insitumque penitus illud sit atque in natum ut reipublicae utilitatem cum civium commodis et rationibus coniungant, theologiae scholam, quam nos animo et cogitatione comprehendimus, abhinc annos xv exstitit, et Iacobi Gibbons, cardinalis, nixa praesidio longius processit.

F. TEDESCHINI.

DE CRIMINIBUS

IN INGENUARUM ARTIUM OPERIBUS

Post ea quae ad Lombrosiana dictamina de summorum virorum amentia saepe sunt perquisita, nunc, alterna vice, in eorum potissimum scripta novi animorum perscrutatores mentem intendunt, ut plane inveniant, quibus adjunctis, quibusve apicibus, ex effectis illis operibus excerptis, claudicantes suas sententias quodammodo confirment.

Haec enim est ipsis non imbellis omnino ratione invenient, quae nos novissime protulimus de sicariorum latronumve hereditaria vel congenita

amentia ha
directa ips
vatione dil
ipsos artiu
dissita omni
mas et sub
assidua co
tione natur
nefariisque
ctae, cum i
convenire
nos quoque
verissime r
Attamen
mentum de
mum, ne, su
opera per fa
contenderen
invenisse au
quam ment
Quod q
praeiudicio
rint. Amove
leberrimi ar
et evulgata
Facile nam
nibus in ar
plus minusv
tae, ut plu
compertum
qui naturali
plaria suar
phorum sec
Verum a
sunt pariter
res nonnull
praecipiti c
menticiis fa
perquisitio l
qua cum ip
nem praese
tragoediis pa
spearii dran
conlata sunt
considerata s
cura. Inde
losophiae ad
noxio furore
deles fieri a
gandi animi
hebetes eva
Ex intern
externa vul
gressus fuit;
scelesti hon
excepitis, pr
quot exstan
Juan de Jun
scholae de lo
et cum genu
vatis contule
tibus in Don
tyrum supp
emergere lu
Quae qu
interpretand
tiones omn
exsulenta, et
henduntur s
num natura
scholastica i

inis compo-
mirifice spe-
rea esse po-
ad litteras,
n maximam
ero a rerum
i aliena sen-
t re compro-
eneque prin-
re videantur.
issimae illae
ntem S. Tho-
instauranda,
pistola, quae
n Urbe aca-
qui dicitur,
entur. Haec
n sententias
dicanda va-
quinate pro-
que laetus
prie vereque
dum exper-
l excitandam
navimus, ha-
etereundae
nobilissima,
enoether, e-
s, inscripta
em viamque
oporeat, ac
litterarum
rum studio
tere iubet;
diis littera-
disserit.
egii consilii
dduci facile
theologiae
iae ad Pon-
pta sit, exi-
complecti-
s fieri nulla
od cupimus
tribuendum
dio, quam
Americanis
iura. ac ci-
t, sententia
sit atque in-
a commodis
olam, quam
us, abhinc
inalis, nixa
SCHINI.

RIBUS
cum, quo
ina de sum-
perquisita,
scripta novi
nt, ut plane
bus, ex effi-
s suas sen-
nino ratio-
tulimus de
congenita

amentia haud quidem ex nostro penu, verum ex directa ipsa hominum et humanae societatis observatione diligenter mutuati sumus. Atqui notum est ipsos artium ingenuarum celeberrimos cultores, licet dissita omnino causa permotos, non aliter tamen formas et subiecta suorum operum investigasse, quam assidua contemplatione ac diligentissima perscrutazione naturae. Si igitur notae illae, quae criminosis nefariisque hominibus arte effectis sunt ab ipsis applicatae, cum iis quas schola nostra proposuit adamussim convenire videantur, necessario concludendum erit nos quoque notas illas ac veluti scelerum stigma verissime retulisse.

Attamen, cum ad huius ratiocinationis experimentum devenerunt, periculum imminebat potissimum, ne, sua pars nimio studio praerepti, artificum opera per fas et nefas in suam probationem inducere contendenter, atque argumenta sibi propitia sese invenisse autumarent, ubi nulla fuissent et non aliter quam mentis aestu ea sibi effingerent.

Quod quidem ita re accidit, ut nonnisi constanti praeiudicio huiusmodi investigationes peractae fuerint. Amovenda enim primum erant cuiusvis vel celeberrimi artificis opera, quae post conceptam hanc et evulgatam novissimam doctrinam edita fuissent. Facile namque ex acceptis novae doctrinae opinonibus in artificum mentibus formae insurrexisse plus minusve praeconceptae sententiae accommodatae, ut plures in Aemili Zola commenticiis fabulis compertum habemus et in asseclarum eius operibus, qui *naturalistae* dicuntur. A quibus nil mirum est exemplaria suarum personarum ex huiusmodi philosophorum sectae libris passim esse deponpta.

Verum antiquiora, eaque diu ante perfecta opera sunt pariter ad examen revocata, ut inter ipsarum actores nonnulli saltem affulgerent, qui cum propositis praceptis convenienter. Et praecipue quidem in commenticiis fabulis, si quae sunt a maioribus exaratae, perquisitio haec habita est, vel in dramatica poesi, quae cum ipsa vitae ratione potissimum coniunctionem praesefert. Quare nec Sophoclis, nec Euripidis tragoeidis parcitum est; quin etiam una cum Sakespearei dramatibus vel cum Victoris Hugo scriptis conlata sunt, et Macbeth dominae belluina amentia considerata sedulo est, et Amleti principis tristissima cura. Inde vero leges et canones novissimae philosophiae ad unguem firmari visi sunt, quod foeminae noxio furore correptae longe acriter quam viri crudelis fieri asserantur, vel homines, nimio investigandi animi studio flagrantes, voluntatis vi quasi hebetes evadant.

Ex internis deinde mentium investigationibus ad externa vultus vel habitus indicia facilis quidem gressus fuit; sed longe minus tuta ratiocinatio, cum scelesti hominis, si oculorum quemdam intuitum exceperis, proprius nullus sit vultus. Hos tamen, quotquot exstant in Velasquez et Ribera tabulis vel in Juan de Juni aut Berruguete sculpturis et in universis scholae de los picaros operibus, assidue persecuti sunt, et cum genuinis picturis in Italorum academiis assertatis contulerunt sagaciter, ut et ex sicarii et satellitibus in Dominicæ Passionis imaginibus vel in Martyrum suppliciis effectis, externas noxiorum notas emergere luce clarius asserent.

Quae quidem prout ipsi affirmant forte esse interpretanda non negamus, at velimus exaggerationes omnes ex huiusmodi examinibus protinus exsulet, et quae in artium operibus ad rem deprehenduntur subtiliter distinguantur, prout ex hominum natura rite considerata efficta sint, vel potius e scholastica imitatione defluxerint.

Aliter enim abditum artificis consilium, quod manus eius ad opus moderata est, in oppositam omnino partem flexum ab huiusmodi philosophis erit, et expedita non sine subtilitate probatio vana prorsus atque arbitraria evadet.

I. ANTONELLI.

EX GERMANIA

Lex operariis lata.

QUONIAM meae apud vos litterae benigne acceptae sunt, vestrisque commentariis, magno, non abscondam, perfundentes me gaudio, inseruistis (1) - non enim exigua laus est inter vos nancisci locum - rursum epistolam dabo, quae superiorem quadammodo compleat et fere coronat.

Tales Germani sumus, qui perspecto bono, vero iustoque, non medio continemus pedes itinere, et acquiescimus; sed nulla nobis est requies, nisi adipiscamur optatum. Ad hoc autem assequendum lento fortassis gressu progredimur, sed idcirco festino, quia lento; nam ubi tutius iter, ibi felicior via, ibi expedita magis et magis festina, nullo retardante periculo, nullo interponente moras casu inopino.

Qui igitur consulueramus operariis nostris lata primum lege novem ferme abhinc annis, eaque tamen nondum numeris omnibus absoluta, iterum cavimus, ut ea talis fieret qualis gentem deceret, quae in Europa facile obtinet prudentia, ac sapientia, eademque potentia et viribus principatum. Quod quidem ita vos intelligere precor, ut existimetis nos non cupidos dominationis in reliquos populos, at eodem tempore non facile superbiam et praepotentiam cuiusvis toleraturos.

Itaque lex illa pro senibus, pro iis qui casu aliquo ad labores non amplius valerent, sive impotes viribus, sive fracti aliqua corporis parte aut infirmi, saepe rediit in ora gentis, saepe in disputationem apud oratores populares ferendis legibus addictos. Quapropter nova nunc et recentior, experimentis docentibus, ita absoluta est et concinnata, ut omnes aditus exitusque occupet atque communiat, nec aliquid ipsa praestantius toto in orbe inveniatur.

Iamque sciatis quae ad rem apud nos fiunt.

Primus et princeps est ordo operariorum, qui infirmitate aliqua, vel calamitate impotes laboris sunt facti; alter eorum est, qui senectute superveniente iisdem conditionibus atque eadem impotentia afficiantur. Haec summa hominum divisio ac distributio.

Primitus itaque consulunt domini operariis adstricti suis ea lege, ut in singulos menses pro iis aerario tributum solvant, ad dimidium pecuniae quae debetur, non ultra: dimidium summae singuli operarii suis e mercedibus pariter aerario pendent, ea pariter lege adstricti, qua nec indemnes recedere possint, nec opus deserere semel initum. Non autem omnes idem persolvunt; sed divisio ordinum est iuxta premium, iuxta mercedem; et hinc operarii omnes in quinque ordines distribuuntur.

Hisce pecuniis aerarium constitutur, quo, tempore opportuno, praemia impotentibus in singulos menses tradantur. Quum autem in explorato sit illa tributa non posse constituere quod sufficiat ad opus, aerarium publicum pro unoquovis homine quinquaginta semel tantum marks in aerarium illud sociale confert; facto sibi iure tuendi ut omnia recte procedant. Ita porro, veniente senectute ac debilitate, operarius, hic, haud secus ac si sanus et compos laboris esset, eamdem percipit mercedem, qua fruebatur antequam senio debilitaretur.

(1) Cfr. n. X an. II.

Haec autem sunt praemia quotannis constituta, ac distributa singulos per menses ordinibus. Primus quotannis 110 marks; secundus 140; tertius 170; quartus 200; quintus 230 percipiet. Qui autem infirmi facti sunt seu calamitate aliqua, seu quavis alia causa, praemium accipiunt propositum quotannis iuxta ordinem, nempe marks: 60, 70, 80, 90, 100; quibus accedunt fructus et praemia iuxta hebdomadas, quas ille consecravit labore apud dominum tributo apud aerarium sociale. Atque hic hominum ordo alter, longe primo est felicior; nam si operarius tercentas labore ac tributo hebdomadas consecravit, ubi morbo vel infortunio fiat impos laboris, marks quotannis excipit 119, 138, 154, 170, 186, iuxta ordinem; quod si idem fecerit hebdomadibus 1500, annis fere 28, eadem proportione servata reddit fruetur annuo marks 155, 210, 250, 290, 330.

Nemo ex operariis qui decimum et sextum aetatis suae annum attigerit legem hanc, quam *tuitionis* appellant, potest effugere. Praemia senectuti proposita dabuntur, ac dantur iis, qui iam inde hebdomadis 1200 debita aerario persolverunt; pro iis autem qui lata lege iam senuerunt, aequitate temperatum ita ius est, ut omnia seni benevertant. Siqui autem morbo appetantur, videndum est utrum ducentis vel minus hebdomadis aerario tributum persolverint. Primis autem 13 hebdomadis infirmitatis mercedem parabit aerarium, quod iam constitutum fuerat pro infirmis, quae quidem merces modo parabitur in hebdomadas 26; nam reditus iis ab aerario sociali tantummodo sex et viginti hebdomadis dilapsis paratur.

Legem hanc optimam esse num creditis? Nos talem non arbitramur; atque ideo iam in votis est nova amplificatio, qua humanior, qua munifica magis fiat, atque ita crescat, et eo valeat, ut germanicus operarius melioribus, praे reliquis gentium operariis, fatis utatur.

Interea hoc maximum est. Res publica res familiares operariorum tuerit custos et vindex armata, quare novum fit vinculum inter operarios et fata reipublicae, quae totidem in iis defensores habet, quibus, ea quassata, nihil supererit; operarius in tuto est, nec sive senex, sive aeger inclemantium caeli, famem frigusque timebit.

Germaniam Deus adiuvet, et operarius sua bona noscat! non modo quae necessaria sunt habebit, sed etiam ea, quibus et quietus et commodius vivet.

P. ALT.

DE RELIQUIIS VETUSTISSIMORUM ANIMALIUM

PROPE ROMAM INVENTIS

VIATORES, archaeologi et praesertim naturae cultores, omni tempore ossa gigantea perpenderunt, quae plerumque petraea effecta in Italiae clivis, majoribus fluviosis proximioribus, aut in eorum vallibus, vel in stratis ab iis relictis inveniuntur atque effodiuntur. Eadem olim gigantum reliquia habita sunt, postea elephantum Pyrrhi et Hannibal. Has sententias ab initio saeculi xix docti respuerunt, ostendentes ossa illa minime ad homines pertinuisse, utcumque ingentes fingantur. Partium dispositio, interior structura, praesertim vero dentes saepe proximi vel affixi, de brutis agi demonstrant. Praeterea Pyrrhi et Hannibalis elephanti ad species pertinebant, quae adhuc in Asia et Africa exstant, et facile dignoscuntur. Eorum numerus definitus erat; Pyrrhus enim viginti, Hannibal triginta septem in Romanos, iuxta historiae scriptores, ducebant. Contra, ingentes reliquiae, de quibus loquimur, non solum ad elephantos, sed etiam ad alias bellugas pertinent. Elephantinae autem huiusmodi ab asiaticis et africanis nunc viventibus differunt; eorum vero numerus, quae vel in sola Arni valle hucusque inventae sunt, elephantos ominus

quum Pyrrhi, tum Hannibalis longe superat; immo etiam in dies crescit.


Veterum sententis repudiatis, facile fuit in ingentibus fossilibus reliquiis extinctae specie, inde recentiorum geologicarum aetatum mammalia dignoscere. Id tamen fieri tantum potuit post magna anatomiae comparatae insignis Cuvierii inventa, et postquam geologia ad scientiae gradum proiecta, aetatem et seriem temporis patefecit stratorum, quae petraea essent effecta exhibentium.

Romanus ager ob huiusmodi reliquias plurimi est, etsi nonnullae Italicae regiones diiores sint. Earum studio operam complures geologi dederunt, sive alienigenae, uti Cuvier, Breislak, Falconer, Weithofer, Pohlig, sive italicis Brocchi, Ponzi, Meli, Portis, quibus me, quaecumque mea opera est, addam. Saepius in vallibus Tiberis eiusque affluentium, Anio, Fabaris, et Nar, reliquiae inveniuntur. Quae in collibus effodiuntur tertiarii aevi eiusque periodi sunt, quam plioaeniam dicunt; quae autem de terris collibus impositis, vel de fluviorum et torrentium vallibus educuntur, recentiores habentur, id est aevi quaternarii. Postremae maiore sunt copia, et in glacie, sabulisque a fluviosis relictis, vel in vulcanico topo adstans. Fragmenta per articulationes adhuc contigua rario inveniuntur. Plurimum de ossibus ac dentibus disiunctis agitur, prout fieri debet in stratis a fluentibus aquis demersis, quae cadavera longe vehebant, eorumque partes dissipabant. Revera Tiberis aliorumque fluminum glareae argumentum praebent eluvierum, quae scelerorum integrati obstabant.

Diuturna in terris commoratio et actio, ut ita dicam, petrifia chaemicam mutationem in reliquias induxit, exteriores vero formas integras servans, dummodo detritio, translatio et quassationes eas non fregerint. Ossium pondus valde auctum, substantia in calcem carbonatam commutata, medullaris canalis plerumque et ipse calcare ferri oxydo repletus, dentium ebur in calcem reductum, vitreum involucrum lucidum quasi recens esset, et naturali colore si de sabulis, glareis vel topo eductum, nigro autem et ebeno simili si de marga vel lignite. Postremorum integritas tam ossium quam dentium maxima est, quae studium completere sinit, sed rarius fit, quia ad plioaenicam aetatem pertinent.

Maximae reliquiae ad genera elephantis, rhinocerotis, hippopotami referuntur, quibus rarissimus apud nos mastodon additur. Mediae sunt molis equi, boves, ac cervi, minuscula et minima sus, canis, felis, castor, mus, arvicola. Quoniam vero de ingentibus sermo est, de his dicam, de eorum sensu ac de inductionibus quae iuxta geologos sequuntur.

Inter reliquias antediluvianas numeri primatus est elephantis; sunt autem femora, tibiae, humeri et radii, fracti vel integri, qui ingenti mole dignoscuntur, praesertim vero dentes, hoc est molares et incisores, aliquando maxillis affixi. Molares solidam formam, conterentem faciem planam et pluribus vitreis involucri lamellis clausis ac depressis, caemento coniunctis, ebur continentalibus, praeserunt. Ex lamellarum forma, crassitudine, aliquaque qualitatibus, tres discriminantur species, elephantus antiquus, meridionalis et primigenius. Primus et alter viventes elephantum africanum atque indicum mole excedeant; altitudinem enim quatuor metrorum attingebant; tertius prope aequabat. Elephantus antiquus copia prior est; is diutius vixit; nam in plioaenico et in quaternario usque ad recentiores Tiberis, Anienis, Fabarisque glareas adest. Rarior elephantus meridionalis, brevior vixit tempore, quum plioaenica stratis tantum circumscriptur. Ex hoc molares disiuncti pauci inventi fuerunt. Sed anno 1888 prope




Montoro in Umbria, ad Nar flumen, integrum sceletum detectum fuit a pluviis, quae caput terris spoliaverunt. Vir nobilissimus Ioannes Patrizi marchio, in cuius praedio id

accidit, *cranium* educi iussit, una cum mandibula, molaribus, et sanna integra, quorum figurae exhibemus, quas alias ipse edidi per acta Pontificiae « Novorum Lyncaeorum » Academiae. Reliqua adhuc sub terra iacent.

Omnium rarissimum apud nos est elephantis primigenius. Hic idem est, mammouth appellatus, quem exente saeculo XVIII, Pallas, celeberrimus ille russus naturae cultor, in Siberiae glaciebus invenit, carnis ingenti frigore servatis, adhuc longo et spiso vellere indutus, quo a rigore nordici climatis defendebatur. Ceteri elephanti et ipsi pilis vel setis contexti erant, sed brevioribus et rarioribus, fere ut in viventibus; vir autem clarissimus R. Meli in topo prope viam Nomentanam subtilissima foramina, plurima ac densa in petra iuxta ossa elephanti invenit: foramina pilis haud dubie congruebant, et vellere exsistentiam ostendebant.


Incisores quoque, id est sannae, inter dentes elephantinos inveniuntur. Hae vero, cum perlongae et subtiles sint, atque vitro involucro careant, fere semper fractae educuntur: quum integrae metr. 3.50 longitudinem et amplius attingunt, spiratim convolutae, et eo longiores quo animal senior esset. Notum est enim sannas usque ad mortem perpetuo cre-



scere. Hic rem curiosam et singularem recordari iuvat, romanos medicos, saeculo XVII, teste Baglivi, febrium palustrium aegrotis sannarum fossilium pulverem in charulis suppeditasse!

Hippopotami reliquiae elephantorum quantitate his accidunt. Horum etiam in plioaenico minor est numerus, maior in quaternario, neque ex ossibus brevibus et solidis, sed ex dentibus noscuntur. Molares *compositi* iuxta zoologos sunt, et si molem excipias, suum. simillimi, cui reliqui generis characteres accidunt. Canini dentes et ipsi typici sunt, ingenti mole et longitudine, curvilinea figura, et superficie aequaliter lateque striata. Cuvier aliique palaeontologi reliquias huiusmodi extinctae species (*Hippopotamus major*) tribunt, cuius mensurae viventi hippopotamo amphibio supereminunt, qui iuxta centralis Africae flumina incolit. Nonnullae tamen spectabilis sententiae unam speciem ex duabus faciunt.

Rhinocerotis duo species in romana regione petraeae effectae inveniuntur, rhinoceros etruscus et rhinoceros leptorhinus. Ex *crano* et dentibus discriminare fas est; sed *crania* nunquam, molares dentes crebro apud nos effossa fuerunt. Hi sunt compositi, forma fere cubica, praestantibus angulis, facie conterente plana eiusque plicis amplis et profundis. Rhinocerotes etrusci minores et trans-



verse elongati, rhinocerotes leptorhini maiores, obesi et quadrati. Prior plioaenicus, alter quaternarius.

Postremum mammalium genus de quibus loquimur mastodon nuncupatur, cuius plioaenica species una tantum apud nos, id est mastodon arvernensis, inventa est. Hic in Etruria, Pedemontio aliisque italicis regionibus frequens erat, rarissimus vero in romana: Cuvier se in Monte Viridi apud Portuensem viam invenisse scribit. Molares nonnullos magister meus Ponzi, anno 1858, ad

Montoro invenit, prope locum ubi, prout supra dixi, elephantis meridionalis detectus fuit. Item molaris in lignitis fodina apud Gasperiam in Sabina, teste Meli, inventus. Mastodontes, cuius genus extinctum est, proboscidea mammalia fuerunt, elephantis affinia, sed statura parum minore, sannis fere rectis in ambabus maxillis, et pluribus molaribus simul praediti. Postremi facile dignoscuntur, quia tuba rotunda, disiuncta, praestantia et vitrea crusta induta absque caemento exhibent.

Quae memoravi animalia, uti pleraque ex aliis minoris molis, herbivora erant; quod quidem terras nostras illis temporibus fertilissimas fuisse probat. Hoc vero humidi calidique aëris indicium est, quod pariter cetera geologiae facta confirmant. Hippopotamus latos et parum profundos amnes diligit, ex quibus palustres aquae huc illuc pervadunt, quod temporibus quaternaris certe in vallibus Tiberis aliorumque fluminum erat. Item in plioaenicis ad Apenninorum radices, quae tunc ex aequore vix emerserant.

Quæstio gravis ex hoc studio surgit, de causis quae animalium istorum stirpes plane destruxerunt. Dubia res apud geologos: verum de eventu non peculiari, sed universali agitur. Nam in omnibus telluris aetatis animalium et plantarum species ad invicem evanuerunt, novaeque successerunt. Valde probabilis causa cur plioaenicae species interierint, glacialis aëris adventus fuit; quod e converso nordicas et polares pervadere sinit. Sed quaternariae, glacie etiam remota, vitam produxerunt. Si igitur et istae evanuerent, ad alias caeli nostri mutations est confugiendum. Caeli enim natura non temperie sola constat, sed aliis conditionibus, inter quas aëris humor. Hic vegetationis copias favebat, per quam animalia multa et obesa alebantur. Fluviorum in alveum redditus aëris humorem imminuit. Tempes fortasse hodiernam quaternariae aëvo superabat; Africæ enim et Asiae elephanti, atque etiam hippopotami, apud nos utique in vivariis bene se habent, sed nec procreant, nec ad silvestrem statum revertuntur. Tempes igitur, humor, vegetatio mutata sunt; sed aliae profecto sunt, eaque arcanae causæ cum his conferendas, quibus factum est ut species illæ prius secesserint, deinde vero sensim obierint.

Denique pro certo habendum est, inter causas extinctionis specierum legem universalē recenserit, quae speciebus vitae terminum prout individuis praefinit. Senectus ergo et progrediens usque debilitas aequa adduci possunt ad explicandum quomodo evanuerint species animantium, quae petraeæ effectæ prope Urbem inveniuntur.

CASTITATI HONOS TRIBUTUS APUD MAIORES

INFANDAS atque caeremoniarum ritu horrendas magicas artes apud maiores fuisse nemo est qui non noverit. Alia enim erat magiae persica voce nobilior sanctiorque significatio, qua naturalis philosophiae perfecta cognitio tradebatur, quamque Empedocles et Pythagoras, ceterique inter philosophos praestantissimi diuturno studio et longinquis peregrinationibus conquisiverunt; alia contra vulgo communior daemonum invocatione nefandisque incantamentis turpissima, quam leges et homines, ut Plinius ait, passim exsecabantur.

Attamen ecquis credit, virtutem illam quae præ ceteris ardua est et nobilissima, castitas, vel in illicitis huiusmodi mysteriis locum obtinuisse? Vis enim est puritatis, ut et ab adversariis aliquando requiratur, et ipsas per tenebras sibi oppositas victrix transluceat

Receptum itaque erat apud veteres extraordinariam aliquam vim occultamque potentiam puris castisque rebus aut personis inesse, ita ut quae ad magicas artes parentur, si pura fuissent vel puris manibus pertractata, longius pollere viderentur (1).

(1) Cfr. I. KROLL, *Superstizioni degli antichi*, in *comm. Atene e Roma*, mens. Sept.-Oct. 1899.

Cosmetica
excocata tunc n
rulo cosmeta f
nibus confecta
nam parandam
occidi oporteb
cingulo, cuius p
tunia arceret,
dum curabat v
muniebatur. U
quam « legumi
capillis agros c
gens, quo, velu
crederetur, par
territus aresce

Verum non
in religionis ritu
obscoenitate fo
pompa require
puro nitore au
modo sacroru
tem putabant;
intactam servav
immunem carie
et ipsi autumna

Nam et atti
quaæ in θεοπο
tionibus inced
nentia saltem e
rimis sese pura
erat, quamquam
nonni puellis
huiusmodi pom
tur, quippe qua
huc lento gradu
Athenaicae aed
sculptas.

Una hac eas
ne Vestales ad
fovendum ut vi
lex constituebat
ginitatis decoro
plis ministrantes
iique praecipue
bant. Audimus
fabula adloquen
dracone esse in
nia locum elega
guine deos infes
in Iphigeniae ca
sacris, quorum sive
belluinae, p
cto seligebantur

Sed magicæ
inesse reputaban
ditio illa, quam
nobis demandaru
quae Magnæ M
Tiberis ingressa
fundo repente ha
viam deae adven
funibus, et remul
pis coactis, ut sc
ad vesperum in
decora vittis Qu
tantibus, per n
Cedentibus hinc
traderetur virgo
irrito conatu c
quantulum pertur
quovis obstaculo

Cosmetica vel unguenta ad fucandos capillos excocta tunc maxime valere reputabant, cum a puerulo cosmeta fuissent exagitata, et nonnisi eius manus confecta. Haedum, cuius sanguis ad medicinam parandam exquireretur, puro pariter mactatore occidi oportebat. Si quis vellit se magico praecingi cingulo, cuius potissima virtus mala quaevit et infotunia arceret, puerilibus manibus illum sibi inducendum curabat vel, si matrona esset, puellae dextera eo muniebatur. Ut herbacea illa pestis extirparetur quam «leguminum leonem» vocant, puella solitus capillis agros circumlustrabat gallum dextera distringens, quo, veluti ipse leo galli metu in fugam verti cederetur, pariter eiusdem avis cantu leguminis leo territus arceret.

Verum non in magicis tantum artibus, sed etiam in religionis ritu, licet pleraque saepe incidenter turpi obscoenitate foedissima, haud raro tamen castitatis pompa requirebatur, cuius puro nitore augeri quodammodo sacrorum solemnitatem putabant; imo qui eam intactam servavissent et labi immunem cariores diis fieri et ipsi autumabant.

Nam et atticis mulieribus quae in Θεοφορίαι supplicationibus incedebant, continentia saltem et lavacris plurimis sese puras reddere opus erat, quamquam plerumque nonnisi puellis et virginibus huiusmodi pompa ducebantur, quippe quas videmus adhuc lento gradu in Minervae Athenaiae aedis fastigio insculptas.

Una hac eademque ratione Vestales ad Vestae ignem fovendum ut virgines essent lex constituebat; et simili virginitatis decore sacerdotes et sacrae virgines in templis ministrantes saepe apud Graecos illustres erant, iisque praecipue qui Minervae vel Diana sacra explabant. Audimus immo Tiresiam in Φωναῖς Euripidis fabula adloquenter suos ut, si patriam vellet a dracone esse immunem, qui suum contra urbis moenia locum elegerat, puerum mactarent eiusque sanguine deos inferos placarent. Nec aliter sane, quum in Iphigeniae caede cautum est, tum in plurimis aliis sacris, quorum victimae, sive humanae illae essent, sive belluinae, puritatis candore potissimum perspecto seligebantur.

Sed magicae huiusmodi virtutis, quam castitati inesse reputabant, maximum documentum est traditio illa, quam de Claudia Quinta Vestale patres nobis demandarunt. Cum enim primitus ex Asia navis, quae Magnae Matris simulacrum advehebat, ostium Tiberis ingressa est, iniquum in locum forte compulsa fundo repente haesit. Tunc civitas universa, quae obviam deae advenienti profecta erat, admotis undique funibus, et remulcatoris naviculis, equis et bobus in ripis coactis, ut scaphum e suo loco dimoverent frustra ad vesperum insudarunt. At ecce repente candidis decora vittis Quinta Claudia, suis virginibus comitantibus, per multitudinem progressa est ad litus. Cendentibus hinc inde omnibus locum, ut funis sibi traderetur virgo humane expetit, utque omnes ab irrito conatu desisterent. Vix accepta fune, aliquantulum pertraxerat, cum navis ex limo surgens, quovis obstaculo effracto, Tiberinos fluctus uno mu-

liebris brachii vigore acta secunde dividens, in medium usque Urbem deducta est.

Haec vero si tanta fide maiores servarunt, haud puto ferme quod claudiano prodigio crederent id fecisse, sed quia potius fabula divinitus concepta ipsis quoque in tanta temporum corruptela ostenderet, quantam integrae virtuti et puritati dii quoque prodigiosam virtutem essent elargiti.

A. COSTAGGINI.

NICOLAI MACHIAVELLI SENTENTIAE

DE BELLO ET PACE

¶ Est boni prudentisque principis pacem diligere, bellum effugere.
¶ Qui sunt a principis consilio, caceant ne penes eum pacis tempore adsit adpetens bellum, pacis impatiens.



Lyrpliensis portus.

¶ Ad arma postremo confuges, ceteris artibus inaniter expletis.
¶ Cuilibet nonnihil inest humanitatis, hic nunquam ea laetabitur victoria, qua angitur populus.
¶ Regni opibus augendis, inimicitia et invidia pariter augmentur, e quibus bellum et damna oriiri solent.
¶ Ea tantum firma permanet dominatio, quae scito populi manat.
¶ Qui ambitus obcaecatus, eo progreditur, unde nequeat altius ascendere, necessario maxima iactura corruit.
¶ In regno apte constituto bella, foedera et amicitiae non paucorum, sed omnium utilitati decernuntur.
¶ Iustum est bellum quod necessarium.
¶ Bellum iniuria susceptum cuncti moerent cives.
¶ Non qui prior sumit arma, qui vero efficit ut captiantur, hic unus reapse auctor malorum.
¶ In regno male constituto, primum victoriae aerarium exhausti, dein populum depauperant, nec ab hostibus tuentur; quare victores parum gaudent victoria, hostes iacturas parum sentiunt.
¶ Hominum virtus vel hosti grata, quantum ingratia eorum ignavia atque improbitas.
¶ Nunquam in bello commendatur dolus, quo data fides et foedera infringuntur.
¶ Probitatis et iustitiae exemplis imperatores sibi gentium animos potissimum alliciunt.
¶ Princeps gerendis negotiis eminens quod belli causa amiserit, id pacis tempore abunde reficit.

Latine vertit C. DEHÓ.

DE LYRPLIA PORTU ANGLICO

SAEPENUMPRO mihi in mentem occurrit mirum esse quod viatorum numerus paene infinitus urbem nostram quotidie transcurrat, neque quisquam diem unum urbi invisenda causa moretur. Scilicet plurima visu digna monstrare possumus, atque adeo nescio an portus alter plura visentibus offerre possit. Portus ipse immensus, fluvius ingens et aestu surgente et relabente insignis: navium autem ingentium tanta est multitudo quantum nunquam alias aspicere possis. Fluvii autem ipsius tanta profunditas, quam hominum sollertia diligens auxit, ut navium harum vel maximae ad ripam appropinquare sine periculo audeant, quo facilius vectores atque impedimenta in terram transportentur. Naves, quas maximas habemus, trans Atlanticum aequor in Americanam septimo quoque die vela dare solent; monstra marina diceres, vel potius Thetidis ipsius palatia, luxu atque apparatu vere regio divisorum optimae quaeque vincentia. Minorum etiam navium maximus concursus, ita ut parvum sane videatur relictum spatium quod non velorum umbra obscuret. Praetenta autem portu via ferrea est, longitudine viginti millia passuum complexa, vi electrica propulsa, ita ut motum praetervectus vix sentias, neque intelligere possis unde vis tanta egrediatur. Operae pretium est iter hoc fecisse; neque enim usquam alias industriae prodigium reperi queas. Si urbem ipsam inviseris velis, museum vere nobile reperies avium atque animalium omnibus generibus refertum longissimis e terris provenientium, ut par est in urbe nautis et viatorum frequentia insigni, qui quidquid novi et inusitati peregrinantes adepti sunt hoc redeentes collocandum curaverunt. Tabularum etiam pictarum mira congeries, non solum novarum sed etiam veterum illorum Batavorum et Italorum, qui patriam suam arte pictoria illustrarunt. Anno autem quoque novae quaedam, impensis publicis emptae, veteribus adduntur tabulae, quas ut optimas museo praefectus elegerit. Magnum huic oppido macellum, in quo veneunt commeatus omnium generum, et pretio admodum modico, praesertim hi fructus qui sub caelo calidiore nascuntur et in nostras terras advehuntur. Maximus autem fructuum proventus ex insulis queis nomen Canariensis. Per ultimos hosce dies spectaculum praebuerunt insolitus milites in Africam tendentes, vestitum subfuscum, ut qui hostium aciem maxime fallat, induti, clamorem mixtum tollentes, cantus bellicos cientes ut qui ad praelium certum, forsan ad mortem incertam proficiscantur. Neque antea cuiquam in memoria est civitatem totam anglicam tam constanti animo eventum belli expectare, ita ut cogitare liceat an alio modo fata quae populorum vices regunt vires nostro populo insitas coniungere potuerint.

Lyrpliae, 1890. H. A. STRONG.

COMMUNIA VITAE

De diversis animalium vocibus.

ABHINC septem dies apud amicissimum meum, mihique pransurus ibam in Esquilias, cum illa in via, cui ab Augustino Depretis nomen, globus hominum ante oculos fuit, haerens obseratae ianuae emporii cuiusdam. Viversus quid re esset accessi. Intus multisonae animalium voces toto ore strepebant, quasi inter se dentibus, ungue, rostro pugnarent. Loci dominus dum aperire maturat, pacem impositurus bellantibus, clavem in foramine fregerat, atque cliduchus advenerat, totaque nitebatur arte, ut portae ferramenta laxaret, aditumque daret hero opus urgenti; quotquot enim intus vulnera furiantes inter bestias discubebant, totidem dominicae ferebantur damna crumenae.

Superis placuit; patuere tandem aliquando fores. Pro ridiculum visu! Simiae, quas illic in caveis dominus coactas habebat, sive dentium, sive manuum ope, sive utrisque simul cancellos fregerant, et liberae demum, qua imitationis pollent indole et vi, domini reponentis avium caveas quotidie exemplum sequutae, caveas medium in pavimentum demiserant modo subversas, modo dextrorum, modo sinistrorum inclinatas, cumulumque fecerant informem ex omnibus, ac dilabentes aquae et cibaria per inferiores, volucrum familias vexaverant ac territaverant, unde strepitus illi et clamores incompti, quibus vox una indistincta perpetuo perstrebat.

Pluribus auxilium ferentibus, herus primum simias, tanti mali causas, carcere coegit fuste mulctatas, frustra ciulantes sub scutica herili et eum impositis plagiis transversa tuentes, nobisque irridentibus ridicule ringentes; postea caveas a solo ad pristinum et modum et ordinem repositi.

Auribusne oculisque adhibenda fides? Tanti pax est! Ubi restituta sunt omnia, et suo quisque loco ex habitatoribus emporii illius redditus est, quasi recuperatae quieti ex condicto hymnum canerent, elevate simul voces et pangere carmen insolitus, laeto sonans garritu volucrum, longeque aliud ab illo, quod nuper terror et incommoda a miseris extorquebant.

8j

LOLLIUS

SIVE DE PROVECTA LATINITATE

Risisti Ludovicum, oblitus non modo Quintiliani sententiam, sed etiam iudicium humani generis, quo is poeta divinus est habitus. Contempsisti eius fabulam, pulcrum speciem tantummodo demiratus. Quam speciem? Nempe seiunctas a re virtutes; vim, varietatem, ornatum, concinnitatem, elegantiam, simplicitatem, suavitatem, aliaque eiusdem semper exempli, quae ex rhetorum elenchis retexens poteris in minoribus etiam scriptoribus enumerare atque recinere. Neglexisti tamen illud inquirere, quid sit ponere totum. Ne suspicatus es quidem quantae molis altitudo sub specie illa ridiculi lateat; quam vere, id est quam sapienter, exprimatur prona in interitum aetas, in quam incidunt vates; qua oculorum acie nova divinetur; quam expeditum complendae satyrae sternatur iter hispano Cervanti. Haec in vestram consuetudinem non cadunt, qui sapientiam nescio quo reletis, a vita hominum quam longissime dissitam. At suavi veneno est respersa fabula. Quid ergo? Vitanda est improba Siren». Cauta legendus, nec omnibus quidem Ludovicus. Ceterum, quemadmodum omnia munda mundis, ita etiam,

Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis acescit (1).

In omni autem vita « sunt bona mixta malis »; nec tu profecto, Trebat, solem aut pulcrum esse aut bonum negeveris, quod saepe vel frugibus noceat vel homines perierint; nec de abolenda pistoris arte cogitas propter medicorum effatum: « omnis indigestio mala, panis pessima ».

(1) HOR. I Ep. II, 54.

Parus hic, quem nos *cinciam* vulgo dicimus, « timinabat », *cycnus* « drenabat » illic, « bubiebat » alibi butio, alibi regulus, merops et progne « zinzilulabant ». Humano more « sibilabant » meruli, « trutilantibus » turdis, quorum ingens ibi copia erat, ac sturnis composite et quasi in numerum « pisitantibus ». Quid ultra? Quasi ipse simiarum, non herus, vix existeret, gallus, glorirosus, alas quatiebat, et glorirosior promiso collo et erecto capite totis pulmonibus « cucuriebat », dum externa avis et perdix, « gacabantes » laetitia redditae tranquillitatis, cum humili quidem sed utili gallina, quae « gracillabat » inferius, colloquio ferme inire de praeteritis casibus videbantur. At ridiculus gravitate lenta et stupiditate superba pullus indicus, quem nos gallinaceum (gallice *dindon*) vocamus, permisis ad solum alis, inflatus, rub'cunda galeae cartilagine insignis, adacto capite ad caudae pennis erectas et labelli in modum expansas, mole sua hoc, illuc ferebatur quantus erat, ac toto pectore « gutturiabat », dum tali commota strepitu « ululat » ulula, ac territa noctua « cucubat », diversa in parte « crociantibus » corvis, et « frigulante » graculo, ac « gloterante » ciconiae, et « pupillante » pavoni « plausibant » palumbes, « gratitabant » anseres, turturales que « gemebant ». Acredulae, quae fastigium cavearum tenebant, « mitilabant », « assontibus » palaris, quae beccaccine patarene dicimus italic vulgi more, palaropes vel falaropes animalium disciplina. In infimo autem « gruebant » in servitatem redactae grues, et anatas « te-trinibant », dum cupidis aspic'ens oculis accipiter « pipat » et « lipit » milvius et vultur « palpat », « clangente » super omnes aquila, cuius tot circumdatae praedis siccis sunt desiderato sanguine et hepate et carnibus rostrum et ungues.

At mihi repente est humero imposta inopina manus. Converto vultum: — O Crispine — inquam — huic te quoque rapuit curiosa indoles? — Mirum! — respondet — tu, qui tanto abes, hic ades, ego, qui domo adsum, abessem? — Tunc ego: — Ecquid videtur tibi de hac Babylonica vocum? — Optimum — reddit ille mihi. — Profecto si « pipilarent » hic passeris, atque « garrire », si « cucularet » cuculus, quem non video, si striges et vespertilia « striderent », quae et absunt, si gallinarum

Injecta panis et medicorum mentione erectus Philipus: — Si vera sunt — inquit — quae Flaccus docet, « quod medicorum est promittunt medici », excipite, litterarum amatores iidemque philosophi, Aesculapii vestri sententiam, eique fidem adiungite. Magnum enim quiddam medendi disciplina est, quam scimus Pythagoram, Empedoclem, Democritum, Hippocratem alias sextos, tamquam philosophiae partem cum sapientia coniunxit. Quin etiam maiorem, si fieri potest, ipsa prudentia sapientia dixerim; illa quippe scientiae oculus, haec manus est. Quamobrem sic mihi suadeo. Si hieme plus esse convenit, si cibis uti validioribus, si meracius bibere; contra, si producta sessio, si ardor disputandi latera frangit exsiccataque fauces, quid heic moramur diutius? Fingite nos in Cyclopis antrum penetrasse in eiusque sinusosis latebris per aliquot horas fuisse versatos. Quaerendum est effugium et suadendum gubernatori navis, ut in aliquem portum ducat, in quo liceat in usum deducere tradita a Catio *vitus praecepta beatae*.

Ita re ad culinam conversa, quum poneretur consilium, essetne reliqua disputatio in diem posterum diffenda, repente impulsu crepure cancelli, reclusaque subito fores admirerunt iuvenum ferme quindecim perdiculum agmen. Procedebant bini, gravi incessu, prae-eunte maturioris aetatis viro exercitati vultus et qui viseretur nescio quid magnum promittere. Singuli severo supercilium, missa barba, induit pallio, cum pera et baculo, Diogenis more vel Antisthenis. Ejusmodi villicorum coegerat manum oppidi magister, Mucius, quem *syndicum* vocant, postquam e muro qui iuminet horto, audierat philosopham crebro et philosophos nominari. Ratus igitur et sapientium numero esse disputantes viros, in id consilium devenerat, ut eos imitatione petulantissima derideret.

pulli « quiritarent » ac « trinsarent » hirundines, « bombilarent » apes, et cicadae « fritinrent », dicerem adesse nos conclave arcae Noetiae, in quo volatilia continebantur. — Mox addidit: — At, nonne vides? Psittaci silentes non « cairant ». Afferam tibi silentii causam; saepe enim belluae rectius quam nos opportuna cognoscunt.

Et ego: — Dic, sodes, et maximus eris mihi.

Tunc ille: — Psittaci sciunt nunc non esse colloqui, sed prandii tempus, ideoque...

— Sequor te, amice — ipse dixi; et apud eum opinare pransurus discessi.

H. DE VECCHI PIERALICE.

VITA FUNCTI VIRI CLARIORES

Dominicus Iacobini S. R. E. Cardinalis, in Urbe Viciarius, natus est Romae an. M DCCC XXXVII. In Pontificio Seminario Romano sapientiae et divinarum rerum studiis ita se addixit, ut admodum adolescens doctor in iisdem simul et in utroque iure creatus sit. Deinde latinas graecasque litteras docuit, in Romane Ecclesiae concilia relatas est, Archiepiscopus Tyrien, electus, Nunций Apostolicus in Lusitaniam missus, unde an. M DCCC XCVI rediit in Patres Cardinales cooptatus. Inter tot autem tanta munera, quibus optime functus est, neque historiae, neque antiquitatis disciplinas neglexit, in quibus clarissimum virum Io. Baptam. De Rossi habuit collegam. At praecipue eius sollicitudo in iuvenibus et opificibus posita est, quibus in omni vita adiutus, re docens, virtute confirmans, sublevans patrocino. Quo factum est ut magnam sibi dilectionem conciliaverit, ipsumque die i. huius mensis Februarii vita sublatum omnes conquerantur.

Vox Urbis commentator nostrum etiam in deliciis habuit, ad quem carmen, an. II num. XVI editum, sponte misit vulgandum.

Franciscus Ferrara, Siculus, quondam de publica opum aestimatione princeps habitus est, « liberorum » qui diebantur primas partes tenens in sermonibus, in scriptis, in ipsius legibus auctoribus oratorum coetus italicis. Sed cum eius factio vi rerum exaruit, Venetas secessit, ubi nonagesimum agens annum vita est functus.

Ioannes Ruskin, vir exquisiti iudicii, ingenuarumque artium scriptor diligentissimus, senex Londini cessit. Verum de ipso, deque eius operibus praecipua arte digestis peculiariter proxime dicemus.

I. F.

Itaque ut ipse ante omnes in conspectum venit: — Per societatem miserorum — inquit — obsecro ut nos in gregem vestrum recipiat. In hoc enim oppidulo non litterarum studia celebrantur, non reliquae disciplinae, quibus mens hominis alitur, quaeque in pretio sunt apud mortales. Misericordia vivimus, quibus nec quæstus est, nec artem ullam didicimus. Si verum est, quod nemo dubitat, inopem et nudam ire philosophiam, nemini expeditius quam nobis ad ipsam patebit iter. Pallium humeris aptavimus, mento barbam; rusticam bipennem, ligones, cum augurum lituo commutavimus. Quid iam reliquum est nisi ut nos in curionis disciplinam tradamus, ut quadrimestri spatio latine philosophari possimus?

Haec serione an ioco dicerentur quum non satis intelligeret Piso maior, veritusque ne cui forte, quae disputata a se fuerant, offensioni esse potuerint: — Quaeso — inquit — Lolli, ne sinas hinc nos ante discedere, quam Trebatio satisficeris, admodum prudenter opponenti mutatas philosophiae conditiones per divinitus revelatam doctrinam.

Cui Lollius: — Paucis me expediem, quoniam video morae impatiensem Philippum languidis me oculis intueri; palliatorum autem, qui circumstant, scio esse adhuc impares aures iis quae dixerim percipiendis. Mecum igitur facis in ceteris fere omnibus, Piso; sed imprudenti tibi, non profecto volenti accidit, ut de philosophia christiana ne verbum quidem haberes. Si enim solemus ea vehementius studia perseguiri, quae sint maxime frugifera, neque solum ad hanc terrenam vitam et caducam, sed multo magis ad alteram illam immutabilem ac sempiternam, an maior ulla disciplina cogitari potest?

(Ad proximum numerum).

P. ANGELINI.

CAN.

A pud Germa disceptatur plicata hominum tidie per dissitas maxime ab excult itinera terra maris cessitatibus optimis

Atqui, post vi mare Rubrum Les hactenus tanti pre Panama ex urbe rimis quaestionibus

Huius itaque e legium in decoctio sodalitio tradita esconvenit, suasque millia libellorum

Verumius anno a Columbiae gatum est, sed vix pore explore.

Ceterum super dor regionibus op post annum milles quintum ad tricies fossa fuerint. Qua profunditatis brachetus collegium na

Sed terminus tius perfectione co iterum oportebit; manum labori co dringentes centen perpendere.

Quare non in a gemino canalis secesserunt, pecunia moda quae ab huic dicta res publica sibi Imprudens enim n sionem tranquillo at tum pro bellicis per mari flagrare potest.

Itaque geminus per Nicaraguam re septuaginta machin runt, optimumque selegerunt. At colla praecipue navalibus vigia tute valeant p ab Americanae rei rum potissimum in sibi pateat, rursus

Tertius huius canalem spectat, quoniam nomine *Milleland*-*Rarum* in longitudine per foveas effluent, gis (*Weser*) fluminis vero ad Ilvam per usque moenia iter nalem influent, que et cum Sprea flum ligantur, plane com

Haec inter Ru quartum maximum Riga sinu exortus, Borysthenes (*Dni*) in Pontum Euxinum itineris ad millies impensae vero adrum sunt iam comp finis est, ut navale ex Nordico mari in

Tandem in Ga

cum Rhodani flu

CANALES QUI MAXIMI

APUD Germanos etiam nunc de novo canali effodiendo disceptatur. Certum vero est aucta in dies et multiplicata hominum commercia necessario expetere, ut quotidie per dissitas orbis regiones, easque potissimum quae maxime ab excultis populis incoluntur, novae viae novaque itinera terra marique deducantur, quo ingravescitibus necessitatibus optime consulatur.

Atqui, post viam illam quae ex Mediterraneo mari in mare Rubrum Lesseps Gallo auctore naves immisit, nullum hactenus tanti pretii simile opus est coepit quam quod Panama ex urbe nomen sumpsit repetundarum celebrimis quaestione iam in saecula notum.

Huius itaque executio, post universale Gallorum collegium in decoctionem conjectum, novo eiusdem nominis sodalitio tradita est, quod Lutetiae abhinc quartum annum convenit, suasque pecunias ad sexdecim millies centena millia libellarum et amplius constituit.

Verumius propriam persulcandi regionem elapo nuper anno a Columbiae reipublicae administris sodalibus prorogatum est, sed vix licuit praeleminaria studia reliquo tempore explore.

Ceterum superioribus annis in Culebra et Empedador regionibus opus quam maxime processerat, ita ut post annum millesimum octingentesimum nonagesimum quintum ad tricies centena millia humi mensurarum effossa fuerint. Quare iam in Culebrae finibus ad sexcenta profunditatis brachia fovea descendit, cuius alteram partem vetus collegium nativorum una opera recens perfecit.

Sed terminus a Columbiana republica pro foveae totius perfectione constitutus ad duodecim annos prorogari iterum oportebit; collegium vero pro sua vice operosiorem manum labori conferre et plus quam tercenties vel quadringenties centena millia libellarum insuper in illum impendere.

Quare non inopportunitum erit Europae nationes, quae a gemino canalis per Nicaraguam deducendi incepto secesserunt, pecuniarium foedus inire, ut latissima commoda quae ab huius effossione Anglia et Americana Nordica respublika sibi parant, ipsae quoque alia via lucrentur. Imprudens enim maxime est ab ultimi Orientis via exclusionem tranquillo animo pati, tum pro commerciis tuendis, tum pro bellis perturbationibus, quae forte in extremo illo mari flagrare poterunt.

Itaque geminus canalis Americanorum praecipue opera per Nicaraguam rempublicam deducendus. Huius iam iter septuaginta machinarii, Americanorum missi, recognoverunt, optimumque tramitem Lull per urbem dirigendum seleverunt. At collegialia haec studia perdurant adhuc, ut praecipue navalibus necessitatibus caveatur, et maxima navigia tute valeant per illum transire. Post occupatas enim ab Americanae reipublicae copiis Philippinas insulas, eorum potissimum interest, ut in Pacificum mare libera via sibi pateat, rursusque e Pacifico in Atlanticum.

Tertius huiusmodi notissimus iam inceptus Germanum canalem spectat, qui Ems flumen cum Ilva coniungit hoc nomine *Milleland-Kanal*, et quadringenties centena millia mensurarum in longitudinem attingit. At eius aquas non modo per foveas effluent, sed deducto ad rem ponte etiam Visurgis (*Weser*) fluminis undas incolumes transibunt. Cum vero ad Ilvam pervenerint, partim ad Magdeburgensia usque moenia iter prosequentur, partim in Planensem canalem influent, quo Ilva cum Vistula, cum Viadro (*Oder*) et cum Sprea fluminibus, quae iam inter se foveis colligantur, plane coniungeretur.

Haec inter Russi quoque studia prosequuntur circa quartum maximumque canalem, qui ex Baltico mari in Riga sinu exortus, per Turuntum (*Duna*), Berezinam et Borysthenen (*Dnieper*) flumina usque ad Kerson portum in Pontum Euxinum ducet. Longitudo immanis huius itineris ad millies centena millia passuum fere perveniet, impensa vero ad quinque millies centena millia libellarum sunt iam computatae. Praecipuus autem totius operae finis est, ut navales Russorum copiae interna tutaque via ex Nordico mari in Euxinum descendere brevi queant.

Tandem in Gallico municipum coetu de Massilia urbe cum Rhodani fluminis cursu canali connectenda discep-

ptatum est, ut ex Massilia portu ad internas Galliae regiones per fluminum aquas facilior via sternatur.

In tot itaque tantisque operibus quis dubitet quin Germanorum Caesar provide consuluerit suoque proposito firmus iure persistat, ut suum imperium nova opum fonte augeatur?

A. L.

FUR A FURE LUDIFICATUS

(locosa per dies Bacchanalium narratio).

*De miseri gaudere malo mens horret honesta;
At si fur furem, credentem fallere, fallat,
Hoc ridere probis, salva probitate, licebit.
Bacchantes utinam peius nihil, hisce diebus,
Peccarent! Lepidum, lector, nunc accipe factum.
In platea, nuper, veteri celebrique Quirilum,
Cui decus et nomen dedit Antonina Columna,
Stabat rheda vacans, pigro commissa caballo
Aurigaeque vafro, peregrinos ludere docto,
Elicita duplice, triplici mercede laboris.
Vesper erat nitidus, distabat nox tribus horis,
Cum quis ad aurigam properat, sermone Britannus
Visus et incessu, sed erat Sebelidis undae
Potor, et ingenio genuinus Parthenopeius.
«Heus» (ait ille) Yes Anglorum, quod noverat unum,
Vocibus admiscens italis, «optasne lucellum
Pingue tibi, bone vir, coenamque parare decoram?
Dum lux ista nitet, vehe me (nec parce caballo)
Præcipios Urbis per vicos. Ibius ambo
Postea coenatum: tu, quo vocat uxor, et ipse
Bristoliae, quo me revehes, conviva tabernae.⁽¹⁾
Sterlinam capies tunc pro mercede libellam».*

*Perplacet aurigae pactum: qui, cannabe torta,
FraItem Bucephali torporem dedocet omnem.
Rheda volat: mox Flaminiae subsistere portae⁽²⁾
Cernitur; binc Tiberis ripam legit atque Adrianam
Radit item Molem,⁽³⁾ Vaticanasque columnas
Circuit immensas: tum, qua Mons Aureus⁽⁴⁾ exstat,
Flectit iter, superat collem, decurrit ad Undas
Paulinas, fanum Solis Ianique bifrontis
Praelerit et clivum Capitoli; nec mora, præceps
Flavia, iuncta Foro, prætervolat Amphitheatra.
Scandit et Esquilias, peragratque viam Merulanam;
Quatuor inde secat Fontes,⁽⁵⁾ plateaeque propinquat
Denique Tritonis,⁽⁶⁾ nostri quae meta Britanni.*

*Interea nox atra polo descendereat alto,
Quam fumosa viae funeralia pellere frustra
Tentabat. «Prope iam» (tum vector ad aures
Ductoris), «prope iam cursum confecimus; hoc tu
Egregie pensum solvisti; nunc ego iunmos
Promam». Quos ubi vix depromperat: «Omala», clamat,
«O mala sors! o siste comes! mea plena libellis.
Forte crumena manu defugit, subque tapete
Pulvinoque tui currus latet. Ast apothecam
Hanc, ubi vina vides venalia, præpete cursu
Ingrediar, lumen rapiam repetamque fugaces
Aureolos. Agitur res magna, tibique sit uni
Dicta: Crumena tumet viginti quinque libellis!
Custos, dum redeo, vigil esto: dimidiumque
Aureolum, pactam mercedem præter, habebis».*

*Desilit, haec fatus, de curru vector, adiisque
Cauponam, foribus binis (quod sciverat ante)
In binos patalam vicos; adituque sinistro
Usus in ingressu, dextro se limine catus
Expedit. Hinc, turba iam prætereunte resorpus;
Securus sua tecta petit, laetusque triumpho,
Quo fuit, asse carens, tota deductus in Urbe.*

(1) Hôtel Bristol. (2) Porta del Popolo. (3) Castel S. Angelo. (4) Montorio. (5) Quattro Fontane. (6) Piazza del Tritone vel Barberini.

*Dum fugit ille, vafer Phaeton sic cogitat: «Hercle!
Una libella quid est? impar quid sesquilibella?*

*Quam levis orbiculus! quam lubricus atque volucris!
Evolat e digitis, ut vix tractaveris, ut vix
Hospite pennigeru fueris genialiter usus!
Coena, eadus vini, nova vestis, sella theatri,
Fiscus avem flavam, nisi sit comitata; fugabit.
Scilicet aureus est mire sociabilis: horret
Vivere solus; amat laetos nitidosque sodales,
Qui, simul ut coēunt, saltent hinc inde canori.
Has igitur quinas mihi vicinasque libellas
Adscribam domino. Sed tu nunc aliger esto,
Mi sonipes! banc ne segetem sibi demetat Anglus:
Rem si rite geras, hodie vesceris avena».*

*Rheda volat rursus; silicique repente viarum
Excuditur scintilla frequens. Ut denique cursor
Ad stabulum redit, quae sit lumine currum
Explorat, sitiens auri. Nec proditur aurum!
Frusta dispicitur, disquiritur angulus omnis;
Frusta succedit coniux oculatior. Eheu!
Aurea messis abest, quam nunquam several Anglus;
Romuleum furem ductaral Parthenopeius!*

*Ergo lassus equus paleis, hac nocte, putrique
Vescitur heu! foeno; lacrimosas dum parat uxori,
Lauta pro coena, cepas irata marito.*

F. X. REUSS.

QUAESTIONI
DE LATINI ELOQUII PRONUNTIATIONE
RESPONSUM ALTERUM⁽¹⁾

QUAESTIONI inter socios propositae *De latini eloqui pronuntiatione* hoc, meo iudicio, responsum debetur: Exemplar pronuntiationis impossible; idque argumentis quae sequuntur probatur:

I. Orator Romae natus pronuntiare recte Galliae vel Angliae idioma non potest, typis vel manuscriptis studio adhibito quovis. Necessa est vocem Parisiensis magistri seu Londinensis auribus percipere. Nec sufficit; rem enim melius assequi videtur si quis Parisiorum Lutetiae degens assidue per annos colloqui et versari possit. Sed tamen incola urbis huius egregius, sola pronuntiatione cognita, advenas dijudicet gallice loquentes, sive Italos, sive Anglos.

II. Si ergo - existant in Sacris Scripturis atque profanis historiis exempla - gens nunquam pronuntiare nonnullas alius gentis potis est voces, a fortiori impossibile tradere alicui opusculo scripto exemplar pronuntiationis.

III. Athenis actores deridebant qui in vitium aliquod pronuntiationis incidissent. Quis noverit hic et nunc docere quaenam levissima illa sonorum differentia? Ecquis ignorat graecam linguam vel hebraicam alio modo legi non tantum inter nationes, sed inter glottologos; nec posse quemquam surdo (uti posteris et absentibus) promere quo modo pronuntiantur a Pericle, Demosthene spiritus, accentus, upsilons... et cetera?

IV. Si denique Caesar ipse et Isocrates nunc romanum graecumque sermonem docerent auditores cosmopolitas, ne hos quidem puto hodie pronuntianturos esse ita ut Caesar vel Isocrates dicent.

Sapienter itaque *Vox Urbis* socios, quos late per orbem adnumerat, ut de hac speciosa quaestione disceptarent invitavit, quam, «propheta non sim», minime solvendam prævideo.

P. A. ROVITTI
socius, ex Lucania.

(1) Cfr. an. III, num. II. — De re insuper ad nos perite scripsierunt etiam cl. viri A. Sordet et F. Ramorino; quibus in proximis numeris locus erit.

ANNALES

Transvaalianum bellum - Leyds legati Boerorum peregrinatio - Orientales quaestiones - Macedoniae seditiones - Sinensis fata.

Luctuosum Anglis et grave supramodum fuit post faustiora, quae in superiori numero nos quoque retulimus, ex Spion monte, quem multis laboribus occupaverant, mira audacia sese pulsos a Boeris fuisse atque trans Tugela flumen iterum coniectos. Verum quae his diebus Redwers Buller dux diurna animi constantia nititur circa eiusdem fluminis vada, ut sociis obsidione intra Ladysmith moenia cinctis auxilia immittat, minus dubia videntur, ita ut spes aliqua iam illi affulgeat se posse per Blakfontein iter optatam tandem urbem attingere.

*
Quae cum ita sint, obscurum ignotumque omnibus manet consilium, quo Leyds, Transvaalianae reipublicae legatus, per Europae aulas peregrinatus sit, et praeципue Wilhelnum Germanum Caesarem adierit. Ipsi enim si credimus, de pace libertatis pretio componenda nulla est Boeris cura, qui et suo iure confisi, et copiarum numero aucti, affluentibus quotidie numerosiores Anglorum legiones tuto pede' exspectant. Quare longissimum fore maximeque diuturnum bellum hoc plures credunt, quod non praeliis et concursibus, sed tum urbanis tum, ut ita dicam, montanis obsidionibus constat.

Sed et ceteros veteris orbis populos quos minus quietos deterius sui condicio facit perturbari hic et illuc non sine timore exaudimus, hoc nimurum tempore, quo Angli, in publicis negotiis moderandis principes, abesse quodammodo a nostris litoribus coguntur. Nam quaestiones illae, quas Orientales vocant, duae, altera quae Turcarum, altera quae Sinensium imperia spectat, coniunctim periclitari videntur.

*
Bulgari enim primi non sine causa in comitiis atque in ephemericibus sese in Macedoniam intentos habere oculos palam faciunt, at inde Serbi haud contraria moliuntur. Quare congeruntur ab utrisque arma veteraque odia in dies flagrant. Haec autem consilia cum Epirotae, qui inter falsi Prophetae assellas ferventissimi sunt, cognoverint, per Macedoniam in Serborum necem instructi insurrexerunt, et praecipue Brimentina in urbe eiusque per suburbia Christianorum domus et praedia barbara ferocia vastantes igni comburenda reliquerunt.

*
Tunc vicissim in Sinis Kouang-Su imperator aut mortem sibi concivit, aut, ipsius matris scelesto mandato, eam expertus est. Verum quidquid sit, id procul dubio compertum habetur, nunc rerum summam acerius quam antea regalis foeminae manu rectum iri; nam qui novus imperator renunciatus est, Chi-Kuang, in pueritia adhuc versatur. Sed, quas pertinebant, provinciarum omnium seditiones tantum in Pekini regione Sio-Ki exarserunt, ubi nonnullos iuvenes qui studiis operam dabant, cum novi regis effigiem corrupserint, furcis appendere opus fuerit. Quae tamen communis quies non impedit quominus Russi maiores quotidie copias circa Persiae et Sinarum fines colligerent; Galli vero suos nautas ad urbem caput armis instructos mitterent.

*
At non inutiliter haec omnia cauta dicendum est, cum inter immutatas hoc modo imperii vices odium, quod in exteris gentes et in earum religio-

nem Sinenses incolae semper retinent, flagrare ex templo videatur. Quapropter incursiones in sacram expeditionum stationes praecepue, frequentiores factae sunt, atque ideo Americarum, Angliae, Galliae, Germaniae Italiaeque legati libellum simul gubernatoribus obtulerunt, ut suas quisque gentes validiori praesidio tueretur.

POPULICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS
LEGIBUS FERENDIS

In Americana nordica foederata republica rogatio Senatui oblate est, ut loricatae naues ad Laurenço Marques portum mittantur quo iura reipublicae inter acerrimi belli discrimina validiori tutamine vindicentur.

In Anglia coram optimatum et municipium coetibus solemnis reginae oratio perfecta est, qua hodiernum ad Transvaal bellum, prout necessario fato paratum, et ipsa miseretur, verum de patria Anglorum caritatē minime dubitandum esse asserit, cui tantum gravissima obstacula superare datum erit. Optimatum comitia regalibus his verbis propositam responsionem statim approbarunt; sed aliter coram municipibus evenit. Hiberni enim praeceps oratores administratos acriter obiurgarunt, et ab huic belli consilio, quod iniustum sibi videri asseruerunt, recedendum omnino protestati sunt.

In Gallia obiurgationes gravissimae inter populi oratores exarserunt de illa sententia, qua institutum sodalium S. Augustini ab Assumptione resolutum est. Interea habite sunt senatorum electiones, in quorum coetum non sine acerrima factionum contentione Mercier, praefectus militum, et ipse relatus est.

In Hungaria de expensis in imperii summam conferendis disceptatio coram populi oratoribus habita est, et cum de Catari munitionibus sermo fuit, triplicis foederis fidem Coloman Szell, rerum ad exterios minister, iterum asseruit.

In Italia de summis expensarum pro omnibus reipublicae negotiis coram utroque coetu disceptatum est; at quae de augendis terrestribus copiis summus bellicarum rerum moderator proposuit, parum grata gubernantium adversarii insonerunt, quasi in agrorum cultus detrimentum postremo cessura.

SCRIBA.

LIBRORUM RECENSIO

Dr. P. CABRINI. Piccola sintassi razionale della lingua latina. - Mediolani edidit E. Trevisini, 1899.

Petrus Cabrini, doctor, de rationali syntaxi latinae linguae librum eo scripsit animo, ut adolescentes qui III, IV ac V ordinem gymnasiorum frequentant illo potissimum uterentur. Neque desunt argumenta, quibus ipse bene speret, quibus magistri libro, quasi praelucente face, ac praeiente duce, optime utantur, quibus adolescentes ipsi plurima ediscere possint, quae in scholis non semper audiunt explicata per singula ad apicem, et ad momentum.

Dicam insuper, et addam libenter, sententiam clarissimi viri puro de fonte manare, et uberi cornu defluere. At illud est in praeceptis Horatiana lege servandum: *Quicquid praeceps, esto brevis.* Dum enim monumentum ingenis in lateres et saxa et caementa dividimus, dum haec ipsa conterentes et atterentes in atomos inspecturi reducimus, monumentum perdimus atomis circumfusi undequaque; ac dum verba scrutamur, linguam amittimus. Haec hodiernae methodi labes, qua latino pulvere conspersos habemus, latinitate illa solidos aurea non habemus. Age nunc, a me quispiam fortasse quaeret, quae, censor, optas? Quid ipse dares, si tale quid ederes? — Aperte fatebor. A propositione simplici ad compositam iter arriperem; nolle periodum una tantum propositione conflatam; nam periodus propositionibus constat. — Ecquid? scrutaberisne Ierusalem in lucernis? — Minime gentium; dico quae sentio, et, ne quis autumet me cæcis laudibus

blandiri, aequus animo noto quae mihi non probanda videntur. Verum, ubi plurima nitent, non ego paucis offendar maculis. Horatius haec olim; eadem et ego; suaque sit pro factis cuique laus.

FEDERICO BALSIMELLI. Compendio di storia della Chiesa. — Ed. Romae Desclée, Lefebvre et Soc., 1899.

Tolle librum tertio editum praeolo, auctore addente, et in melius, multa, iam inde bene concinnata, mutante; librum, inquam, cui plura arrident si notas, chartam, et, quam typographicam dicunt, elegantiam nitoremque perspexeris. Methodus vero Balsimelliana in primis eluet, qua ecclesiasticae historiae undeviginti saecula dividit; non enim a rebus maximis gestis singula voluit appellata, sed a Pontificibus iis, quorum virtute et opera, et sapientia et consilio dignitas et iura Ecclesiae sarta tectaque fuerunt, cum praesertim civilis potestas contra vel *Acherronta movebat*, animam potius quam superbiam et ferrum et fraudes depositura. Qua in re, aut ego fallor, duplex bonus, quandoquidem eodem tempore et rerum ordo et hominum temporumque una versantur, quod quidem memoriae non levis auxilii est. Nam illa Pontificum distributione per res praeclare gestas, illa rerum per saecula et Pontifices in unum coniurant, ut, si nomina mandentur memoriae, haec una simul cum rebus, ac tempore obvia sint; si res aut saecula, haec una simul cum nomine illo redibunt. Quid autem spectet, et quo pertineat series illa Pontificum perpetuo ducta, cuique patet; dum enim regna, imperia, gentes, regiaeque familiae sortis ludibrio agitatae, et a fulgenti loco defectae, ruunt ac pereunt, haec Pontificum series perpetua nitet ac eminent immortalis.

Adsunt notae praeterea paginis, quae tribus verbis illis Corneliani, uti Catullo placuit, argumentum explicant; adsunt index rerum iuxta indolem argumentorum, et alphabeticus index, et quartus insuper iuxta chronologiae placitum et quæsita.

Quae cum ita sint, optimum facturos arbitramur eos, qui hoc historico se subsidio munierint; tempus enim, quod in vestigationibus teritur, in pretio est.

H. P.

AENIGMATA

I. (Vulgo Rebus).

B I F L (- N N N) A T

II. Altera eundi vox est; altera postulat, ut des;

Ambae collectae mons sacer in Phrygia.

I. WABNER.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus cui titulus:

DIVI THOMAE AQUINATIS

Summa philosophica contra gentiles

ad lectionem codicis autographi in bibl. Vaticana adserati, probatissimorum codicum meliorisque notæ editionum fideliter impressa.

Aenigmata ann. II, n. XXIV proposita his respondent:

i. A-mentum. ii. Cous-Conus-Cotus-Contus.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco, Romæ - Herb. Strong, *Lyrplia* - Ios. Capovin, Montebello Vicentino - A. Chevénement, *Nods*, in *Gallia* - Art. Dejendesch, *Sekkau*, in *Slyria* - P. Aloisius a Tabia, *Praeneste* - Ioan. Bapt. Etschenberg, *Albano* - Alfr. Bartoli, *Grosseto* - B. Brichant, *Dorset*, in *Anglia*.

Sortitus est praemium:

A. CHEVÉNEMENT,

ad quem missum est opus, cui titulus:

SYRIE ET SINAI

par M. JULLIEN.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMÆ - Ex Officina Forzani et Socii.

- ni non probanda
ego paucis offendar
t ego; suaque sit
- di storia della
vre et Soc., 1899.
autore addente,
cinnata, mutante;
otas, chartam, et
in nitoremque per-
in primis eluet,
i sacula dividit;
a voluit appellata,
t opera, et sapien-
ae sarta tactaque
s contra vel Ache-
perbam et ferrum
go fallor, duplex
et rerum ordo et
quod quidem me-
Pontificum distri-
im per saecula et
omina mandentur
ac tempore obvia
I cum nomine illo
pertineat series illa
dum enim regna,
s ludibrio agitatee;
ereunt, haec Pon-
immortalis.
- tribus verbis illis
entum explicant;
imentorum, et al-
xta chronologiae
os arbitramur eos,
t; tempus enim,
o est.
- H. P.
- AT**
- gentiles
ticana adservati,
ae editionum
his respondent:
tus - Contus.
- a - Ios. Capovin,
, in Gallia - Art.
Tabia, Praeneste -
artoli, Grosseto -
rovo una agili
A) monachorum
izau' munc' i m
illiam be' erigim
otus' u' d' u' d' u'
iurisperitus.
- Socii.
- XIII. . Ciceronis M. Tullii Orationes. Ed. MÜLLER. (Voll. 3).
XIV. . Ciceronis M. Tullii Epistulae. Ed. MÜLLER. (Voll. 2).
XV. . Ciceronis M. Tullii Scripta philosophica. Ed. MÜLLER. (Voll. 3).
XVI. . Eclogae poetarum latinorum. Ed. S. BRANDT.
Id. graecorum. Ed. STADTMÜLLER.
XVII. . Gellii Auli Noctium Acticarum libri XX ex rec. M. HERTZ. (Voll. 2).
XVIII. . Historicorum Romanorum fragmenta. Collegit, dispo-
suit, recensuit H. PETER.
XIX. . Orosii Pauli Historiarum adversus Paganos libri VII.
Rec. C. ZANGEMEISTER.
XX. . Panegyrici Latini XII. Rec. AEM. BAEHRENS.
XXI. . Poetarum Romanorum fragmenta. Ed. AEM. BAEHRENS.
XXII. . Silii Italici Punica. Ed. L. BAUER. (Voll. 2).
XXIII. . Taciti C. Cornelii Libri qui supersunt. Rec. C. HALM. (Voll. 2).
XXIV. . Valerii Maximi Factorum et dictorum memorabilium
libri IX, cum Iulii Paridis et Ianuarii Nepotiani epi-
tomis. Rec. C. KEMPF.
XXV. . Varronis M. Terenti Rerum rusticarum libri III. Rec. H. KEIL.
XXVI. . Christus patiens. Tragoedia christiana ex rec. I. G. BRAMBS.
XXVII. . Vitae Sanctorum novem metricae ex codicibus Mona-
censibus, Parisiensibus, Bruxellensi, Hagensi saec. IX-XII.
Ed. GUIL. HARSTER.
XXVIII. . Epistolae selectae virorum clarorum saec. XVI-XVII.
Ed. E. WEBER.
XXIX. . Manutii Pauli Epistulae selectae. Ed. M. FICKELSCHERER.
Mureti M. A. Scripta selecta. Ed. I. FREY. (Voll. 2).
- (Quae opera omnia prodierunt Lipsiae ex officina Teubne-
riana).
- XXX. . Divi Thomae Aquinatis Summa Theologica ad emendatores editiones impressa et accuratissime recognita. Edid. Romae Forzani et S. - Leo PP. XIII aureo numismate decoravit.
XXXI. . Divi Thomae Aquinatis Summa Philosophica contra Gentiles ad lectionem codicis autographi in bibl. Vaticana adservati,
probatisimorum codicum meliorisque notae editionum fideliter impressa. - Romae, ex off. Forzani et S.
XXXII. . Biblia sacra vulgatae editionis Xysti V P. M. iussu recognita et Clementis VIII auctoritate edita. - Affabre renovarunt
Desclée, Lefebvre et S.
XXXIII. . Novum Iesu Christi Testamentum vulgatae editionis Xysti V P. M. iussu recognitum et Clementis VIII auctoritate
editum. - Affabre renovarunt Desclée, Lefebvre et S.

Subnotationes atque praepositi praemii indicatio recto tramite mittantur ad **Vox Urbis** com-
mentarii administratorem, Roma, via Alessandrina, 87.

PER ORBEM

Si quae hominum gesta, praeter bellicas Trans-
vaaliani discriminis vices, gentium animos maxime
commoverint quaesieris, latronum opera ea
fuisse invenies, quorum insolitis factis anglicos
casus aemulari divinitus, atque etiam puto felici-
cius aliquando datum est.

Quidam argentariae Petersburgensis domus
tiro cum, quinquaginta millia rublorum in pera
secum ferens, iter a Moscovensi civitate Iaroslavo
ad urbem faceret, ipso in curru ab auctadissimis
sicariis oppressus est, et aurum eius prompte
direptum. Interea in Bysantina ferrearum vehum
statione, cum epistolarum saccum, quod in Gal-
liam mittendum pervenerat, recognosceretur, si-
gilla fracta reperta sunt ac divisa, nec innotuit
hactenus abacta pecunia quanti fuerit.

Attamen hominum copiae et fortunae non
aliter et ipsa vita acerrimum senserant detri-
mentum imbris et tempestatibus assiduis,
quibus hiemale hoc tempus torquetur.

Ad Saturni ultimum Iberiae promontorium,
Les Andes gallum navigum in *Amaliam* ibericam
navem concurrens eam demersit. Prope Bellou-
dum, ibericum pariter portum, furens procella exar-
sit ita, ut *Serantes* navis vix profecta, ne graviora
detimenta pateretur, statim reversa sit in por-
tum; at *Goriz* alia navis, quae pariter ad redditum
coacta fuerat, in ipso portus ore fundo haesit,
et *Valle*, quae Roterodamum versus vela solverat,
in litus confecta est. Verum ipsum post portus
tutamen *Febrero*, *Derkund*, *Watergate*, *Ragusa* et
Iosephina naves antemuralia opera parum iuvarunt,
atque undarum furore quassatae sese ad invicem
compulsarunt, ac pluribus in locis confrengerunt.

Longissimum sit si cetera recolantur, quae
ad Sancti Sebastiani ibericum sinum, ad Sancti

Nicolai russica litora, vel prope Hamburgenses,
aut Baionenses aut Brivatenses scopulos, vel in
Palmarum brasiliensi portu acciderunt; quare
minus grave putamus ad terrestria reverti.

¶

Verum heic etiam nonnisi lugubria adspici-
cimus: pestem in Brasilia grassantem, desertiones
Galliam et Austriam perturbantes, eruptiones,
quibus operariorum vitae pessumantur. Fovea
enim, que in Albula loco perficiebatur, ruit re-
pente super adlaborantes opifices eosque misere
oppressit.

¶

Pesio in urbe, Hungaria capite, bini currus
qui electrica virtute in contrarium partem age-
bantur, atra nebula circum obtecti, alias in aliud
concurrerunt, atque violentissimo occursu uter-
que conquassatus est, civesque complures vulne-
rati aut interempti.

¶

Sed ut paulo iucundiora persequar, ad Vene-
zuelana litora configiendum est, ubi inter quoti-
diana praelia atque advelitationes, inter dene-
gationes argentiorum, qui pecuniam tradere
republicae administris recusant, populares feriae
non deseruntur. At ea fortuna ferme iisque iocis,
quae non omnibus grata fore reputo.

Cum enim Caracas in urbe feriae maxime a
Bolivar, libertatis vindice, dictae, celebrarentur
et Castro praeses ipsis adisset, lepidissimum fuit
iuvemes quosdam ex improviso parvis ballistis
districtis missilia huc et illuc proliicere audacter
non dubitasse, quorum vi ipsa liberatoris statua
media in platea erecta persulcata hinc et inde
apparuit.

Quod novissimum laetificandae multitudinis
inventum ceteris etiam gentibus vehementer com-
mendo.

VIATOR.

VARIA

Nulla ex electride damna.

Duo ex electride damna sunt: alterum in vitam,
alterum in res. Primum fit quoties vel ignarus quis,
vel non satis cautus metallica tangat fila, quibus
electridis rivulus fluit; alterum quoties filum idem
liquecat; utrumque fatiferos effectus fulminis
parit, utrumque mortem affert et incendium.

Italus quidam, Eugenius Rutuli Novariensis,
machinulam condidit, qua, ubi casu aliquo abrum-
patur filum dux electrici fluminis, statim auto-
matica electricum flumen a filo auferatur, filumque
ipsum iacet prorsus innocuum cuique invenienti
et contrectanti per campos iacentis, idemque elec-
tricum ignem non ultra nutrit, si forte flagraverit.

Magnum hoc est, et virum hunc optime de
humano genere meritum praedicamus.

P. d. V.

*

Ioci.

In magistrum soporiferum.

Dulciter inducit tua blanda loqua soporem
Non secus ac murmur praetereuntis aquae:
Dulcisonis quandam dictis blandissima Siren
Alliciens nautas perdidit in scupulis.
Tu, Siren veluti exuta feritate, magister,
Paulatim somno lumina nostra premis.

Ampibion praestans, Amphione clarior Orpheus
Qui fera corda hominum sopit atque feras.
Ambos tu vincis; mellita et voce, magister,
Sommum oculis revocas leniter et leviter.

Qualia fundit olor suavi modulamina ab ore
Dalcius extremum cum canit ante diem,
Arboe moesta sedens quales philomela querelas
Ingerimat prolis tristia fata gemens,
Talia languidulo profers e gutture verba
Quae suadent somnos mellifluos oculis.

I. SOLA.

Romae = Desclée, Lefebvre & S. = Romae

Can. SANZIO SANSI

IL REGNO DI CRISTO

NEL PASSATO, PRESENTE, E FUTURO
DELLA VITA DELLA CHIESA

SECONDO L' APOCALISSE

Opus duobus voluminibus in-8 constans, venit libell. ital. 8.

GIUBILEO 1900

MANUALE DI PREGHIERE PER LA
VISITA ALLE QUATTRO BASILICHE

Editio expolita, laudibus et benedictione donata a Summo Pontifice.

Italica vel gallica lingua, ven. . . . L. 0.50.

Anglica lingua, ven. » 0.60.

T. G. FRATRUM PARISI CANDELARUM AD SACRA OPIFICIUM PRAEMIIS INSIGNE

AB ANNO 1829 CONSTITUTUM

Romae in Italia, in Foro Campi Martii, 6

Singulis in artium recognitionibus publice habitis maxima relata munera.

Leo PP. XIII honores addidit.

Lateranensi Archibasilicae, itemque Vaticanae,
quoties de Beatificatione aut de Canonizatione solemne sit, suppeditat.

Praecipua Templa cereis instruit ubique terrarum. In Asiam, Africam
et urbem Constantinopolim mittit ingentia rerum huiusmodi pondera, pretio
francs 180 pro singulis 100 Chilogramm.

Si vero ab America aut ab Australia petantur onera (300 Chilogramm.
ad minimum), pretium erit francs 250 pro 100 Chilogramm.

Nullo impendio iubentum res in proximorem a potestibus designatum portum defertur.

Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur - Cuius querenti explicatio erit uberior.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

ROMAE - Via Alessandrina, 87

Prospectus Subnotationis ann. MCM

(Vid. in secunda operculi pagina).

Don DOMENICO MANCINI

Vade-Mecum du Pèlerin

POUR

l'Année Sainte 1900

MANUEL ILLUSTRE

contenant des Notions historico-dogmatiques sur le Ju-
bilé et un Recueil de prières en latin et en français.

Venit libell. 1, apud auctorem Romae - Via Riari, 44
et apud omnes sacrarum rerum bibliopolas.

LE LAUDI LATINE

IL CANTICO DEL SOLE

DI SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libellu praeter venustam præfatiunculam a Paulo Sabatier, viro
rei longe peritissimo conscriptam, continentur *laudes latinae* cum inter-
pretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita,
quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem
proxime ali sub sequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* compa-
randam, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima
editit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit
L. 0.50, in pauperem levamen.

FIGURÆ URBIS ROMÆ

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO

Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA

EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

Nuperrime prodierunt

CONSTITUTIONES LEONIS XIII

SUPER

JUBILEO UNIVERSALI ANNI MDCCCC

COLLECTA EDIDIT, QUIBUSDAM ADNOTATIONIBUS ADDITIS
IN COMMODUM PRAESERTIM CONFESSARIORUM

THOMAS ARIZZOLI

Missionarius Apostolicus Imperiali, S. Poenitentiariae officialis.

Ven. lib. 1

apud commentarii VOX URBIS Administratorem.

Pro sociis comm. Vox Urbis Lib. 0.50